






PLATYNA
DE
HONESTA
VOLUPTATE
ET
VALETUDINE
25
2
4
14











PLATYNAE DE HONESTA VOLVPTATE ET VALITVDINE LIBRI PRIMI CAPITA.

LIBRI SECVNDI CAP:

LIBRI TERTII CAP:



LIBRI QUARTI CAP.

LIBRI SEXTI CAP.

LIBRI VII CAPITA

LIBRI OCTAVI CAP.

Torta sambucea
torta ex capreolis uitium:
torta ex riso: torta ex farre
Artocreata
torta ex castaneis:
torta communis:
torta ex millio:
torta ex merendis:
torta ex cãmaris tẽpore ie
iunii: torta ex ãguillis:
torta ex dactylis:
torta alba: torta ex cicere
rubeo. Torta Pãdodapa:
torta ĩ iur: torta quã mar
zapanem uocãt: Pastilli
quos cansiones uocant:
Offella: Anguilla ĩ torta:
Piscis in pastillo:
Cotoneũ in pastillo:
Concretum amygdalinum
in ieiunio: Recocta ficta
Butyꝝ fictũ: Offa canabi
na. diriola:
diriola in ieiunio:
Caseus frictus:
Rapũ armatũ. Offa ĩaurata

LIB. NONI CAP:

de Offellis quas vel fritel/
las licet appellare.
Frictellæ ex sãbuco:
Frictellæ ex albamẽto ouo/
rum poline & caseo recẽti:
Fritellæ ex lacte concreto.
fritellæ ex riso:
frictellæ ex saluia:
frictellæ ex pomis:
frictellæ ex lauro:
frictellæ amygdalinæ:
frictellæ ex sambuco in ie/
iunio: frictellæ amaræ
Frictellæ ex riso:
frictellæ ex pomis
frictelle ex ficis:
frictellæ ex piscibus.
frictellæ ĩ formam piscis:
frictellæ uentosæ
Pastinacæ frictæ:
Oua quouis modo cocta:
ac de agitatis & confractis
primo.
Oua frictellata. Oua elixa
Oua farcta.
Oua in craticula
Oua in ueru
Oua fricta Florentinorum
more: Oua farcta:
Oua in pastilli morem.
de boletis & fungis
de tuberibus:
de cochleis:
de testudine:
de Ranis:

LIBRI DECIMI CAP.

CAP. LIB. PLATYNAE DE OBSONIIS ET HONESTA VOLVPTATE ET VALITVDINE FI.

VIRI DOCTISSIMI Platynæ opusculum de obsoniis ac honesta uoluptate: impressum Venetiis labore & diligentia Laurentii presbyteri đ Aquila: nec nõ Sibyllini Vmbri Duce inclyto Petro Mocenico. Idibus Iuniis M cccclxxv.

PLATYNAE DE HONESTA VOLVPTATE: ET VALITVDINE AD AMPLISSIMVM AC DOCTISSIMVM.D.B.ROVERELLAM.S.CLEMENTIS PRAESBITERVM CARDINALEM LIBER PRIMVS.

e RRABVNT Et quidem uehemēter Amplissime pater.B.Rouerella qui hanc nostram susceptionem nequaq̄ dignam quæ tuo nomini ascriberetur putarint:q̊ & uoluptatis & ualitudinis titulum præseferat. Veꝝ quū mihi atq; omnibus eruditis spectata sit ingenii tui uis:& acumen moꝝ:& honestissimæ uitæ cōstantia:doctrinæ ac eruditionis magnitudo:malui te uigiliaꝝ meaꝝ patronum ac iudicem siqd peruerse scriptū inest facere:q̄ alium quempiam. Instabūt acriter maleuoli(sat scio):de uoluptate ad uirum optimum & continentissimum non fuisse scribendum.Sed dicant quæso ii stoicide:qui elatis superciliis non de ui sed de nominum uocibus tantummodo disputant:dicant:quid mali in se habeat considerata uoluptas? Est enim huius ut ualitudinis uocabulum mediū. De uoluptate quam intemperantes & libidinosi ex luxu & uarietate ciborum:ex titillatione reꝝ uenerearū percipiunt. Absit ut Platyna ad uiꝝ sanctissimum scribat.De illa uolupate quæ ex continentia uictus:& eaꝝ reꝝ quas humana natura appetit loquor.Neminem enim adhuc uidi adeo libidinosum & incontinentem:qui non aliqua tangeretur uoluptate:si quando a rebus pluiq̄ satis ē cōcupitis declinauiss&.Valet apud hos (ut video)Ciceronis auctoritas:qui quidem ut Aristoteles Platonem:Pythagoram:zenonem:Democritum:Chrysippum:Parmenidem:Heraclitum:sic Epicuꝝ segetem & materiam eruditionis ac doctrinæ suæ facit:quo cū.n.tutius congre/



deret q cum mortuo Epicuro neminem habuit Cicero. Valebit & apud me Senecæ: Lucretii: Laertii auctoritas: qui epicurum ut uirum sanctissimum atque optimum miris laudibus extollunt. Dicere autem non decere sapientem mœrore confici: quum perturbationis dolorisque uacatio constantes efficiat uoluptates. Quid mali immo quod non boni in se habet? Ad felicitatem enim uoluptas illa quæ ex honesta actione oritur: ut medicina ad sanitatem ægrotantem hominem perducit. Quis est præterea tam stupidus: tamque (ut isti uolunt) a sensibus ob sanctitatem & tetricam uitam alienus: qui non corpore & animo aliqua perfundatur uoluptate? Si & in uictu mediocritatem: unde bona ualitudo: & in actione integritatem ac constantiam: unde felicitas oritur retinuerit? Non improbatur hoc nomen a Platone: non ab Aristotele: qui signate admodum de rebus ipsis locuti sunt. Fecit Metrodori ac Hieronymi luxus et libido: ut Epicuri uiri optimi schola et doctrina uicio daretur. Non ergo quod uir bonus: sed quod deprauatores sectæ addiderunt culpandum erat. Desinant præterea ii rerum æstimatores et quasi trutina quod indies ab unoquoque fit librantes carpere: quod de ualitudine aut ratione uictus: quam græci dietam appellant: addendo quædam ad curandas ægrotationes præcepta: de natura rerum et obsoniis præscripserim. Tantum enim abest: ut hoc institutum a uiro ciuili sit alienum: summorum etiam philosophorum auctoritate et præcepto: ut quemadmodum in prælio qui ciuem olim: sic qui in pace multos nunc ciues rationem uictus afferendo seruauerit: plures ciuicas merere uideatur. Obsonia mihi obiicient: ut guloso et edaci: utque instrumenta libidinum: et quædam quasi calcaria intemperantibus et flagitiosis addenti. Vtinam ipsi aut natura aut instituto: ut Platyna mediocritate et parsimonia uterentur: non uideremus hodie tot po-

pinarios in urbe:tot ganeones:tot gnatones:tot scur/
ras:tot adulatores libidinũ:& obstrusarũ diligentissimos
ob edacitatem & auaritiam conquisitores. Scripsi ego
de obsoniis Catonem uirum optimum: Varronem om/
nium doctissimum:Columellam:& Cælium:Apitium i/
mitatus:non quo legentes ad luxum adhortarer: quos
certe inter scribendum semper a uicio deterrui:sed quo
& ciuili uire ualitudinem:lauticiem uictus potius q̃ lu/
xũ querenti ꝓdessem:& posteris ostẽderẽ hãc nostram
ætatem ingenia habuisse quae maiores si nõ æquarẽ imi/
tari saltem in quo uis genere dicendi auderent. Has er/
go rusticationes meas:quas hac æstate i secessu tusculа/
no apud inclytũ & amplissimũ patrem Fracĩscũ Gõza/
gã:nõ aspernabere doctissime pater si boni plusq̃ mali
in se habẽt:siue nõ ad flagitiũ quod esset detestãdũ:sed
ad ualitudinẽ & modestiã homines te ẽt impellente no
minis tui auctoritate interposita adhortãt̃.

DELIGENDVS LOCVS AD HABITANDVM

X quatuor elemẽtis:unde animãtia quæq; aut mi/
xtim:aut seorsũ originẽ traxere:duo sũt ex qbus
& i quibus potissimũ uiuit homo:terra scilicet &
aer. Ab igne enim & aqua:quorũ alterũ supra modũ fri/
gidũ & humidũ est:alterũ calidum & siccũ:ita natura se
cludimur:ut habita q̃tũ ĩdiuidua requirĩt particula .qua
dã diutius inter hac uersari nequeamus. Familiariora
igit̃ humauo generi:et quasi domicilia sũt terra & aer:
in quibus ad ualitudinem & uoluptatem eligendus est
locus:ne brutis hac in re inferiores esse uideamur:quæ
ex regionibus salubritatem cum iucunditate requirũt.
Deligat itaq; homo non inciuilis:& ingenii particeps
tum in urbe:tum in agris ꝓ anni tempore locum salu
berrimum:iucũdũ:amœnũ:uenustũ:ubi aedificet:ubi

rei rusticae opam det: ubi musis & genio uacet: ubi postremo quod fieri pfacile a uiro castissimo: & docto potest cũ diis ipsis loquat᷑. Aestate petat loca excelsa: nõ nebulosa: nõ uentosa nimium: sed puri clari tẽperatiq; cæli: ubi domũ habeat ægregie cameratam cuius fenestræ Varronis auctoritate ad oriẽtem & septẽtrionem uergãt. Tale enim domiciliũ ueniẽte sole illustrat᷑: & quasi repurgatũ omni nocturna labe: cũ nõ admodũ calefiat occidẽte eodẽ septentrionali aura rfrigerat᷑. Eadẽ quoq; ratione utemur si nobis secũdũ maris litus habitarẽ cõtingerit: qꝑ p aestatẽ meridiano & occiduo sole alia ratione aedificatæ domus ad modũ feruẽt: unde fit ut corpora diutino calore uiciata: ac nulla uoluptate adiuta in graues & piculosos incidãt morbos. Vere aũt hyeme autumno maxime ubi tempies fuerit in planis collinis ac maritimis locis cõmode et salubriter habitaueris: modo ꝓcul sint a paludibus a stagnis a calidis ac sulphureis fõtibus. Sũt etiam qui scribãt fluminum auras ac maritimae oræ: si a meridie flauerint insalubres esse: maxime uero in grauibus locis qđ hodie quoq; in latio ac ĩ maritimis austro expositis frequentatis funeribus cernitur. Carendũ est etiã ab immenso frigore præcipue uero flante borea: unde & neruoꝝ cõtractiones distẽtiones ac rigores: quos græci spasmũ & tetanum uocãt: & tusses destillationes tormina lipitudines raucedines ac uesicæ dolores nascũt᷑. Adde qđ ut nimio calore concoctio intermittit᷑ sõnus aufert᷑ rsoluit᷑ corpus ac mẽs iacet: ita nimio frigore hebetãt sẽsus: & qđ stitutũ prope somẽto naturali stupet ingeniũ. Optia ẽ hiems ut ait Celsus quæ uẽto uacat: salubris æstas qua fauonii pflãt: uel septentrionales magis q̃ subso/

lani:& ut uẽtus a mediterraneis regionibus ueniens: salubris ẽ:ita fere a mari grauis. Igne itaq; eo tempore ãni fouẽda sũt mẽbra:nõ tamen diu foco inherẽdum ẽ: ne & corpus pigrescat & debilitet̃ ingeniũ:& malis uaporibus quod fieri solet cerebrũ ĩpleat̃:attractis per ignẽ ad caput humoribus:quos graeci catarros & reumata:nr̃i fluores & distillationes appellãt. Obeũda sũt negocia tũ urbana:tũ rustica:uacãdũ ingenio:si doctrina imbuti sumus:unde solida & integra uoluptas oriri solet.

DE EXERCITATIONE CORPORIS.

Erum qa ignauia corpus hebetat:& secordem uitã ꝓseqtur ualitudo:exercitatione liberali utẽdũ ẽ:qa & sãguis ocio deprauatus emẽdatur:& mẽbra ualidiora ac ꝓmptiora ad id quod instat agẽdũ fiunt:& stomacus motu:ĩ quo calor inest ad appetentiã excitatur:& mens adiuuantibus sẽsibus ad cognitionẽ reꝝ occultaꝝ:& admirabiliũ celerior & acutior reddit̃. Sed neq; hoc ante cõcoctionẽ: neq; ieiuno admodũ & famelico corpore faciẽdũ ẽ. Expectãda ẽ prima concoctio:postq̃ nil crudũ:nil inane de stomacho pertimescẽdũ ẽ. Hominẽ cõmode exercẽt ãbulatio negociatio: per accliuũ ascẽsus:ac descẽsus. Rerũ nõ põderosæ de loco ad locũ portatio:ubi domi sumus. Saritio occatio rũcatio insitio putatio:dũ hortos & pomaria animi grã colimus. Exercẽt itẽ sed concutiatius pila tũ maior:tũ minor:equestres ac pedestres ludi:gladiatura:sed inde cẽtius. Præterea certar̃ saltu:iaculũ torquer̃:arcũ itẽder̃ lucta luctari:uenatiõe defatigari:nõ alienũ ab ingenuo ac ciuili uiro uidetur:quãdo ꝓ patria si opus fuerit strenue sũpturi sũt arma. Fient hæc cõmodius ad ualitudinẽ:& subinde ad uoluptatẽ sub dio cælo & in sole q̃

ſub tecto aut in umbra· Illæ potiſſimum exercitatiões laudandæ ſũt:ut ait Celſus:quaꝝ finis plerũq; ſudor é aut certe laſſitudo:quæ citra fatigationem ſit. Sed hoc maxime attédendũ é:ut æqualiter omnia membra ſecũdũ uires exerceāť:nedũ uni parcimus:reliqua nimio labore obruātur. Vt uero ex nimio ocio: ita ex nimia defatigatione periclitatur. Mediũ igitur quoddã tenédũ é:ne dolore cũ uoluptate permutemus.

DE COENA:

Edato tandem ab omni cõcitatione corpore:quũ ueſperi edédũ ſit:quo tempore nr̃i cœnã facere dicunť:quũ prãdio maiores & qdé militãtes ante meridié uti cõſueuerint:cibus qué ſtomachus noſter coqueř haud grauate poſſit capiédus é. Partius tamen edédũ tum eſt:maxime uero biloſis:quoꝝ morbi humiditate nocturna urgéte cibo ét augeri nõ ſine incõmodo ſolent. Sũpto cibo ab omni cõmotione corporea uehemẽti præſertim & mentis agitatiõe duabus horis ſuperſedédũ é:donec ſalté prima cõcoctio fiat.

DE IOCO ET LVDO.

Nterim uero iocis ac ludo minime cõcitato uacãdũ:ne ſenſus cogitatione occupati cõcoctionem ĩpediãt. Careat iocus quem vrbanũ:facetũ:modeſtũ uolo dicacitate:ſcurrilitate:mordacitate. Nolo mimos nõ ꝑteruiã:nõ dicteria:nõ cõuicia:ũde ira & ĩdignatio:ac plerũq; magna rixa oriť. Ludus ſit talis:teſſera ſcacho:ut noſtra appellatiõe utar:carthis uariis imaginibus pictis. Abſit inter ludédũ omnis fraus & auaritia:qua illiberalior & deteſtãdus fit ludus:nec ullã affert ludéti uoluptaté:quũ timor ira:& imméſa habendi cupiditas uariis modis ludentes cruciet. Si lucubrãdum eſt nõ poſt cibum id facere: ſed

post concoctiõnẽ debemus: naturalis enim calor cõmo-
tione & agitatione mẽtis a stomacho retrahit: aut im
becillior ad coquẽdũ reddit.

.DE SOMNO.

T aũt nimia exercitatio & lõga uigilia uim cor-
poris psternũt: cõcoctionẽ impediũt: spiritus ui-
tales debilitãt: cerebrũ exiccãt. Sic tẽpatus sõ-
nus: & q nõ ex crapula & æbrietate uenit mẽbra labo-
re fessa instaurat: calorẽ stomacho subministrat: mẽtẽ
purgat: ac deniq; totum corpus ad honestã actionem:
ex qua uirtutis habitus cõparat renouat. Vt hyeme
cõmodior culcitra plumea est: ita lanea uel bombyci-
na æstate salubrior. A nimio tamen sõno præcauẽdum
est: unde & corpus marcescit: & sensus hebetãt: & sto
machus fluore tentat: & caput ac cerebrũ grauatur &
obtũdit. Ad somnum nox mortales inuitat: q trãqlla:
q obscura: q frigida & humida est. Nũc cimices ple-
rũq; interturbãt: quos hac ratione facillime tolles. Cu-
cumerem anguinum cõdito in aquã: eãq; in lecticã: &
quo uoles infundito. Vel fel bubulũ cũ aceto mixtum
supfũdito: nulli nascẽt. Fugabit itẽ ex cubiculo pulex
si aquã ex coriãdro circũquaq; fũdes. Meridiari enim
hoc est meridie dormire: nisi sedẽdo & tantisp dũ fu-
mi aliquantulũ euaporẽt insalubre est & pestiferũ. Ca-
put enim debilitat: distillatiões augẽt: pituita crescit:
calor naturalis corrũpit: segne omnino desidiosũ mar
cidũ ac lãguidũ corpus efficitur.

QuA RATIONE CVBANDVM SIT.

N faciem dormiat cui stomachus imbecillis est.
Id enim cõcoctionem adiuuat: nec patitur pitu-
itam concrescere: calorem naturalem augendo:
quo noxii humores excoquuntur. Dormire item primo

somno in latus dextrum: deinde in sinistrum putile ē. Supinus ne dormiat q sane mētis est: inde enim plerisq; & graues oriūtur morbi: quū & cerebrū & neruos & renes fluidus humor inficiat: tali accubitu proprio meatu auersus. Dormir capite & humeris elatis mire ad ualitudinē facit. Noctu uitāda est luna præcipue: quū dormitur: qa frigidos humores mouet: & reumatismum plurifariam generat: maxime uero si radii lunares: quoꝝ qualitas frigida est & humida in caput dormiētis deciderint.

DE CONCVBITV.

Concubitus: quē Hippocrates medicoꝝ prīceps diuina uir sciētia ait: partem esse quādā comitialis morbi: neq; nimis est cōcupiscēdus: neq; omīo post habēdus: quū ad generationē faciat: qua animantiū species conseruātur. Rarus (ut ait Celsus) corpus excitat: frequens soluit: frequentē dixit nō numero sed rōe ætatis & corporis. Is enim coitus non inutilis est: & ad uoluptatem facit: quem nullus langor aut dolor seqtur. Peior est æstate & autumno: tolerabilior hieme & uere: noctu tutior q̄ interdiu: si non hūc cū uigilia labor statim seqtur

QVID SIT AGENDVM VBI CVBITV SVRREXERIS.

I Bene cōcoxit exprectus mane tuto surgit: q minus quiescere in strato debet: & r̄dormire: si mane ante tempus resurgendi necessitas fuit: conquiescat deinde neq; exercitationi se: aut negocio credat Vt uesptinum' ita matutinum frigus ei fugiendū est: qui ex capite & stomacho laborat. Vbi qs surrexerit paulum intermittere debet: deinde capillū sursum uorsum pectere: excreando continuo id pituitæ: quod noctu concepit. Lauare item pedes & caput āte

cibũ nõ inutile beneualenti erit: purgamẽta corporis: quæ ad extrema expellunť bene detergẽdo. Fouere os multa aqua æstate præcipue: nõ erit insalubre. hyeme uero tempatius id agẽdũ est: ne nerui ac sensus rigore lædãtur & obstupescãt. Mouere aluũ si constrictior ẽ: eandemq; sistere: si pfluuio laborat: medicoꝝ pprium est. Quare ab hiis de hac: atq; item de cæteris medica mẽtis: quæ ad curardã ualitudinẽ ptinent ro petať. A me enim tãtũmodo capita ponentur: quũ i reꝝ propri/ etatem incidero: qa de uoluptate loq satius duximus: quæ magna & solida comparabiť: si a noxiis cauentes quæ secũdũ naturã sũt prudẽter ac modeste amplecte mur.

DE EXERCITATIONE POST SOMNVM

QVi bene concoxit: (ut ait Celsus) ampliorẽ: qui male remissiorem exercitationẽ faciat: sed mul/ tũ refert sit ne quis urbanus an rusticus: miles an studio litteraꝝ remolitus. Exercitatiões enim ex ge nere naturaꝝ: & studioꝝ sumendæ sũt. Venatione rusti/ cus ac miles utať: quod similitudinẽ quãdã cũ militari solertia habeat: quodq; rusticis fere eoꝝ opa euertendo ac prædãdo hostiũ loco habeãť. Gaudet aucupio ciuis: nec uenationẽ aspnatur. At q ocio & musis delectatur clare legat: post lectionẽ multũ ambulet: nõ sub tecto sed in sole: si caput patitur. Gesteť more maiorũ: eq/ tet: hortos & pomaria inuisat: riuos deducat: surculos ponat: isitionẽ faciat: herbas aromaticas plantet: rũcet sariat: uisco & bubone aues capiat: apũ aluearia curet: auiculas canoras enutriat: piscinas habeat: unde pisca/ ri nõ incõmode possit: in foro ambulet: negocia trans/ igat: de re p. loquať: si opus fuerit: & disserat. Inde do/ mũ si bis in die comedere assueuit reuertať. Inediam nõ ferat: quæ stomachũ pituita replet. Hãc tamen faci/

lius sustinēt mediæ ætates: minus iuuenes: minime pueri: & senectute cōfecti rōe uiriū. Cauēdū ē itē ne ā te famē comedamus: ne qđ assumimus ad robur & uī corporis: id totū in uires & pniciē uertat: quod certe a crudo & rpleto stomacho fieri cōsueuit.

QuID OBSERVANDVM in uita Ad Voluptatē.

Criber d' obsoniis & pulmētis nostroꝝ tēpoꝝ: & qbus maxīe aula Romana uescit deinceps insti tui: si prius pauca attigero: quæ ad ualitudinē: & uoluptatē hoīs faciūt. Nō. n. ōs cibi oībus cōfert. Sed ut uaria sunt helemēta: uariæ hoīum ex humoribus appetētiæ: uarii quoq; gustus: sic uarii debēt esse cibi: ut quod cōuenit: qđ sapit: qđ nutrit unicuiq; tribuat. Nemo. n. me auctor qđ fastidio afficit: qđ nocet: quod cruciat: quod interficit comedet. Pēsitabit qsq; qd genio suo conueniat: & id cibi eiusq; generis assumet: qđ enutrir corpus sine molestia possit. Meminerit unusqsq; dicti illius Socratici: edēdū eē: ut uiuamus: nos nō ppterea uiuer ut edamus. Corpus hoc quo sustinemur ōs & uiuimus: ex quatuor humorib. cōstat. Hab&. n. in se sāguinē: bilē rubeā: quā & cholerā dicimus: atrā bilē: quā eādē melācholiam appellabimus: hab& ēt phlema: q̄ & pituita latine dicet. Sāguinis sedes hepar ē: siue iecor malis appellar. In praecordiis rsidet bilis rubea: at ī sinistro latere maxime uero in felle domiciliū hab& atra bilis. Pituita caput & stomachū uexat: inde quoq; in uesicā & renes cū pernicie hoīs dscēdit. Sāguis calidus & humectus ueri cōparatur. cholera sicca & calida æstati. Melācholia sicca & frigida autūno. Phlema frigidū & humidū hyemi. Eadē quoq; pportiōe his humoribu s cū helemētis: q(& tēporibus crescūt. Auget sāguis ab viii. idus februarii

usq; in viii. idus maii. hac ob rẽ bonis cibis: & tẽperatis utendũ est. Demendũ tamen aliqd de cibo est: addendũq; potiõi: biber quũ dilutius cõuenit: utẽdũ carne & oleribus: trãseũdũq; paulũ ad assa ab elixis. Venus eo tepor ãni tutissima est. Surgit cholera ab viii. idus maii usq; ad viii. idus augusti. Vtendũ tũ frigidis & humidis est: laborãdũ parcius: carne assa ut sæpius ãte cibũ: sic exigua utendũ est. Sit potio q̃ dilutissima: ut & siti tollat: nec corpus ĩcendat: uenere tũ oĩo abstinendũ. Dominat melãcholia ab viii. idus augusti usq; ad viii. idus nouembris. Acidis tũ atq; acribus utendũ: ac minus elaborãdũ. Ab viii. idus nouembris usq; ad octauũ idus februarii phlema siue pituita mauis appellar uiget. Esse plus tũ maxime conuenit. Minus sed meracius biber: pane plus solito uti: carne potius elixa q̃ assa: oleribus modice. Eo tempore anni calidis omnibus habita tamen corporum nr̃oꝝ ratione utendũ est. Venus tum non æque pernitiosa. Hæc qui diligenter obseruabit: non me sed natura admonente: quid prosit: quid contra toto anno facillime deprehendens incolumi sospitate vitã cũ uoluptate transiges: nulla indigebit medicoꝝ opera: & industria. Vnum tamen omnes admonuerimus: ne nimia edendi cupiditate cibum (ut pleriq; solent) minus dẽtibus contusum deglutiãt. Laborat tum stomachus in decoctione: & crudum cum præcordiorum dolore ructat. Molat igitur: & terat diligenter quantum coquere potest: hac enim ratione ĩ digerendo quæ tunsa sũt mirum ĩ modum stomachus iuuatur.

.DE QuOCO.

Oquum habeat arte & longa experientia doctũ: patientem laboris: & qui laudari in ea re ma-

xime cupiat. Careat is oĩ squalore & spurcitia: cogno scat appositæ carniũ: pisciũ: olerum uim atq; naturã: ut qd assũ: qd elixũ qd frictũ fieri debeat deprehẽdat. Caleat gustu decernere quæ salita nimis: & quæ fatua sũt. Nouicomensi nr̃a ætate coquoꝝ principi: & a quo obsonioꝝ cõficiendoꝝ rõnem accepi: sit omnino si fieri potest p̃similis. Nõ sit gulosus & edax: ut Marisius gal lus: ne qđ dominũ ederẽ oportet: ipse intercipiat & de uor&.

DE PARANDA MENSA.

Ro tẽpore ãni parãda ẽ mẽsa: hyeme locis clau sis: & calidis: æstate frigidis & aptis. Vere intri cliniũ & mẽsã sternãt̃ flores: hyeme fiat suffumi gatio odoramẽtoꝝ. Aestate sternat̃ pauimẽtũ frõdibus odoriferaꝝ arboꝝ: uitis ac salicis: quæ cõclaue recẽtẽt̃. Autũno uuae maturæ pira poma a laquearibus pende ant. Albæ sint mappæ: cãdida mãtilia: ne si secus fue rint fastidiũ generẽt: & auiditatẽ edẽdi tollãt. Cultros tergat seruus: eoꝝq; aciẽ prolixet: ne in mora sint cõui uæ ob ferri hebetudinẽ: parata sint reliqua uasa tersa nitida: siue illa fictilia sint: siue argentea. Hæc enim lauticies etiã residẽtem appetẽtiã excitat.

DE SALE.

Alẽ r̃qrit mẽsa ne insulsa uideãt̃ obsonia: unđ fatuos homines dicimus stolidos & insipidos: q; nil salis hoc ẽ ingẽn habeãt: a græco uocabu lo αλσ uẽit uersa dasea in s. Salis uis adeõ ignea ẽ: ut quæ attigit corpora astringat siccet: alliget. Mortua si salitura tẽpori fiat optime cõseruãt̃: ut de pernis & de aliis salsamẽtis lic& cernere. Cõtra morbos quosdã plurimum ualet: quũ adurat: repurget: extenuet dissol uat: stomacho tamẽ inutilis praeterq̃ ad exercitãdam auiditatẽ. Eius immoderatus usus hepati: sãguini: ocu lis admodũ nocet. Vlceribus q̃busdã & morsibus ue

nenosis illitus pdest. Sal quo usurus in mensa es sit albus & mundus: ut volateranus in hetruria.

DE PANE.

Nter fruges ad usum hominũ inuentas: frumẽtũ utilissimum ẽ: cuius species secũdũ Celsum habẽtur halica: oriza: tissana: hamilum: triticũ: siligo: far quod adoreum ueteres appellauere: unde adorare dictum: qa libis adoreis sacra diis exhiberẽt. Tritico nil est fertilius & suauius: uel quod magis alat: maxime si collinum & non campestre fuerit. Ordeum frugum oĩum nobilissimũ habet: q in sicca & soluta terra seri uelit: q cito maturescat: & ob gracilitatẽ calami ãte omnia frumẽta succidat. Ex hoc polẽta & aqua mulsa ægrotantium causa cõmodius fiet q̃ panis. Siliginem aphricanã cuius panem ueteres laudabãt: nequaq̃ similem huic crediderim: qua nr̃a ætas uescit: quũ nullũ genus panificii hoc sit insuauius: & qđ auiditatem edendi minus vtiliter comprimat. Qui igit pistoritiam exercet: farinam quanq̃ a farre dictam: ex tritico bene molitã sumat: ab ea deniq; cribro farinaceo pertenui furfures & polinẽ secernat: quã qdẽ ĩ mensam panificiam circũquaq; a lateribus clausam ĩposita aqua calida: & quidem salsa: ut Ferrariẽses ĩ italia solent. Si in locis humectis habitas: inditaq; ex fermẽto offa bene adiuuantibus sociis usq; ad eã crassitudinẽ subigat: qua non incõmode panis confici potest. Caueat pistor ne plus minusue fermẽti q̃ decet ĩponat: ex illo. n. acorẽ panis cõcipit: ex hoc grauior fit in cõcoctiõe: & ĩsalubrior: quũ aluũ astrĩgat. Panis ĩ clibano bene coctus: & nõ eiusdẽ diei: neq; ex tritico apprime nouo cõmode nutrit: & si tarde cõcoquitur.

DE PLACENTIS.

Vbigat idem pistor tãtũ farinæ ex aqua calida: q̃tũ ad faciendã placẽtã sat ẽ: & subactæ indat fœniculi semen ac laridũ tessellatim cõcisũ: aut butyrũ: uel oleũ seorsum tamen: ac rursum tãdiu subigat: quoad omnia in unã redegerit massam: premat deinde manibus in orbicularẽ formã: ac clibano inferat una cum pane: uel in focolari sub textu cinere & carbonibus coquat. Fit & aliud genus placẽtæ sine larido adhibito sale oleo & fœniculo: quod sub cinere & carbonibus coquitur. Omitto placentas ob longas: quæ ex pane fermentato & nondũ cocto fiũt: quũ nullam habeant uoluptatẽ. Sunt item q ficedulas & auiculas paruas: qq; caseum recentẽ & pinguem seorsũ ab auiculis pani includant: ut simul in furno coquãtur.

QUID SIT EDENDVM PRIMO.

Bseruandus est ordo ĩ assumẽdis cibis: quũ omnia quæ aluũ mouẽt: quæq; lenis ac parui sint alimenti: ut poma fere ac pira quædam tutius ac suauius prima mẽsa comedantur. Addo etiam lactucas & quicquid crudum uel coctum ex aceto & oleo assumitur. Oua præterea sorbilia præsertim: ac tragemata quædã: quæ nos bellaria dicimus ex aromatibus & nucleis pineis aut melle: aut saccharo condita: conuiuiis præcommode apponuntur.

DE CERASIS.

X pomiferis arboribus apud nos cerasa: siue ut Seruio placet cerasia libet appellare: primo maturescunt. Primũ itaq; edenda apponantur. Hãc ob rem L. Lucullus post victoriã mithridaticã vrbis anno sexcentesimo octogesimo in italiã uexit: cuius tãta fuit ubertas: ut ad oceanũ ĩ britaniã usq; puenerit. Cerasiorum quædã sunt acida: quædam austera: quædam dulcia. Austera uentrẽ cõstringunt: stomachũ exaspãt.

Acida pituitā īcidūt: flauā bilē ēprimūt: siti extingūt & desideriū edendi inducunt. Dulcia stomaco aduer/ sa: lūbricos & putridos humores ī uentre generāt. Deuorata mane dū rēcētia sūt cū suis nucleis urinam & uētrē mouent.

DE PRVNIS.

Ngens ē (ut ait Plinius) prunoꝝ turba. A coloribus quædam sumpsēr noīa: ut alba & nigra. A similitudine alia: ut ordearia: ꝗ colorem ordeaceū sit cōsecuta. A uilitate alia sūt asinaria cognominata. Ab externa gēte quædā ēt armeniaca dicta quæ odore peculiari laudāt̃. Damascena ob lōga & nigra a ciuitate syriæ Damasco nomen ducentia cæteris præstātiora: & salubriora sūt. Nulla arbor p adoptionem hoc est insitionem facilius ī familias aliaꝝ arboꝝ trāsit. Mirat̃ Plinius de pruno nullam a Catone mentionem fieri: quū pruna syluestria ubiq; nascerent̃. Vsus prunoꝝ ante cibū si moderatus est aluū citā facit bilem lenit: uoluptatē sitienti affert. Pruna ac mala omnia: ut cerasa pira: & rliqua lecta cū petiolis: & ī melle posita ita ne se contingāt diu seruabis.

DE MORIS.

Orus satiua tardissime senescit: ī ægypto & cypro abūdātissimi succi fructus ꝑducit: quoꝝ trinus color ē: primo albescūt: deinde rubescūt: postremo nigerria fiūt: quasi Tysbes puellæ ægyptiacæ cruore rspsa. Mat̃a mora q̄uis ad humiditatē & caliditatē tēdūt paꝝ tamē alūt. Stōacho aduersāt̃: qa ī eo facillime putrescunt. Veꝝ qa aluum citā faciunt prima mensa comedenda sunt: nā & urinā mouent: & ī aqua frigida humectata: sitim extingunt. Sunt & mora ex rubis nascentia: quibus utuntur in pigmentis medici. Vt mora recentia diu durent hoc modo facies.

Succũ ex moris exprimito miscetoq; cum sapa & in ui treo uase cum moris mittito: uirida diu seruabis.

DE PEPONIBVS.

Epones a malopeponibus differre uidentur: quũ hi fere rotundi & costati sint: illi oblongi: quasi mala citrea. Verũ nõ adeo differũt: quum a peponibus malopepones factos asserat Plinius. A pediculo maturi spõte discedũt quis nõ pẽdẽt. Gratus est certe peponis usus: uerũ difficillime ob eius frigiditatẽ cõmixtã humiditati coquitur. Pepon tamen detracta cute: & abiecto semine esui datus: stomachi cõpescit ardores: aluum leniter mollit. Repurgato stomacho edẽdus est: qa facillime in eos humores cõuertitur: & icõcoctionem retardat: quos prædominari in cibi receptaculo cõpererit. Hãc ob rem nobis a maioribus imperatum ẽ: ut pepones ieiuni comedamus: supersedeamusq; a reliquo cibo: donec in fũdo semicocti resederint. Eius usus & si neruis obest eos humectando: urinam tamẽ ꝓuocat: renes ac uesicam purgat adiecto semine. Sunt qui dicant peponum malitiã potu oxyzaccharæ aut oxymellis sedari ac cõprimi. Alii aquã ut Auicẽna ꝓpõnũt: alii uinũ. Sentiã ego cũ natura: quæ post esũ peponis uinum & quidem optimum appetit. Quod quasi quoddam antidotum est cõtra peponis frigiditatem & rigorem. Hoc autẽ fructu Albinus imperator adeo delectatus est: ut & centum persica campana: & decẽ pepões hostienses una cœna comederit.

DE CVCVMERIBVS.

Vcumeris uis & natura prius fuerat explicanda: quũ asserat Plinius cucumeres magnitudie excedẽtes pepones uocari. Decepit me ingenue (erratum fateor) uoluptas: quæ ex esu peponis capitur.

Nūc.n. non cucumeribus solū: sed cui uis edulio an/
teposuerim sēp. Cucumeꝝ tria sūt genera: maior liui/
dus ē et minus nocēs: nā & aluū soluit: et sua frigidita
te stomacho aestate praeserti uidetˀ accomodatus. Fo/
lia eius ex uino trita uulneribus medetˀ: quæ caninus
morsus impressit. Eius semen ex uino dulci datū uesi
cæ laborāti subuenit. Citrinus quē nostra aetate a co
lore citrullū uocat: frigidos & noxios generat humo
res: unde febres autūnales oriūtur q diutius q̄ opor/
teret ī stomacho morētˀ. Huius semen tritū et potui
datū febricitantes iuuat: dū sitim extīguit. Anguine/
us oīum nocētissimus ē: unde & recte ab āgue nomen
accepit: cuius uī Columella his carminibus explicat.
Liuidus at cucumis grauida q nascitur aluo.
Hyrus: et ut coluber nodoso gramīe tectus
Ventre cubat flexo semp collectus in orbē.
Noxius exacuit morbos aestatis iniquæ.
Duo illa superiora genera ablata cute erutoq; semīe
tessellatim cōcisa ex sale oleo et aceto comedūtur. Sūt
q ad r̄primēdā frigiditatē aromata cōcilis inspargāt.
Anguineū hetrusci q maxime pomis et holeribus de/
lectātur abrasa e cute lanugine cū sale tātū deuorant.
Cucumeres i Tiberius princeps adeo auide concupiuit:
ut nulla nō arte alieno ēt tēpor̄ eos quæsierit. Hos te
neros adhuc mēstruosa mulier primo tactu necat tāta
ē eius morbi uis.

DE CHRYSOMALIS.

Hrysomala ego illa eē cr̄diderim: quæ Virgilius
aurea mala uocat: et si Theocriti carmen unde
Maro suū transtulit: nō idem sonet: inter coto/
nea hoc quoq; a Plinio numeratur. Quod āt aureū
magis appellem q̄ hoc haud satis scio. Sunt qui hæc
inter persica censenda putant: moti credo colōre.

Facit aũt sapor & uis ne uerũ id esse credam. Prima mẽsa sumpta praecipue neapolitana: quæ in precio sunt cũ aneso et passulis: uel ex uino meraco aut defecato melle: stomacho minus nocẽt. Post cibũ uero ad putrefactionem cito uergens humores generat pituitos.

DE FICIS.

Icus sola ex omnibus arboribus nõ floret: lacte fructũ ꝓducit. Huius uaria sunt genera. Est ficus alba ex felicibus: cõtra nigra ex infelicibus arboribus. felices arbores putantur esse quercus esculus ilex suber fagus corylus sorbus pirus malus uitis prunus cornus lotus. est & chia a loco coctona a ciuitate syriæ nomen sumẽtia. Aphricana ꝓuincia dicta unde nomen accepit: hãc ego illam esse arbitror cuius pomũ Cato tertiũ punicũ bellũ quærẽs ĩ senatũ ãxius detulit: interrogãsq; patres conscriptos & eos maxĩe q Carthaginẽ uirtutis romanae materiã nequaq̃ delẽdam cẽsebant. Quãdiu inqt pomum hoc ex ꝓpria arbore demptum putatis: quum inter omnes recens esse constaret. At qui tertium ante diem scitote Carthagine decerptum esse: tam prope nos habemus hostem. Statimq; sumptum tertium punicum bellum: quo Carthago Romani imperii quondam emula deleta ẽ. Sũt item quæ ab inuentoribus sũpsere noĩa: ut liuiana calphurniana pompeiana. Sunt praeterea serotinæ præcoces bifferæ duricoriæ: q tarde q citius coquãt: q bis in anno ficos ꝓducãt: q corio duro ob uoluant. Est & numidica & marisca & carica: grossuli secũdũ Macrobiũ appellãt fici. quæ nõ maturescũt. Albinus enim de Bruto loquens grossulos inquit ex melle edebat tanq̃ stultus. Fici recentes quũ ad caliditatem & humiditatem tendant maturæ præsertim non adeo

nocent: licet omnes fructus malos generent humores
Epilenticis enim sicce cōferunt: pulmonem pectus ac
guttur catarro exasperatū leniūt: opilationes hepatis
& splenis aperiūt: humores grossos e renibus & uesi-
ca eiiciūt corruptum sanguinem ad cutem pellunt:
creber tamen eorum usus pediculos generat. Fici prae-
coquae pernitiosa humiditate abundant. & ob hāc rē
desiccari nullo modo possūt. hunc enim fructum bif
fere quasi fecem naturae suae efferunt: quo maxime
delectatus est Augustus. Magnus pompeius Mitrida
te deuicto in scrinio eius inuenit ipsius manu scri-
ptam compositionē: qua ille praesumpta aduersus
omnia ueneficia in totum diem tutum se incolumē
q; praestabat: in qua iuglans una: fici duae siccae po
tissimū: rutae folia uiginti: salis granū: in unum cō-
tundunt & deuorāt a ieiuno. Est & caprificus ex syl
uestri genere ficus: nunq̄ maturescens. Fici cum pe-
tiolis q̄tū fieri poterit lōgis & illesis recentes ī mel-
le diu seruabūt.

LIBER SECVNDVS.

VI de agricultura scripsere arborem a fru-
ctice ita differre dixerunt: ut fructex ab her-
ba. est enim fructex qui ad iustā arboris ma-
gnitudinem non assurgit: & statura multis herbis
persimilis: sed nō demorit neq; arescit ut herba: per
ennis est: inde fructicari dicimus nasci ex fructice.
Fructus praeterea quadriafariam diuisere: accina di-
centes uuam: grana ederae: grana sambuci: gra-
na ebuli: grana mali punici: additur etiam mo-
rum: & quicquid his simile. Inter baccas uero fru-
ctus lauri: oliuae: corni: loti: quam fabam syriacam
uocant: myrti lentisci: similiumque numerabant.

Inter nuces omne quod foris duro tegitur cortice & intus habeat quod esui est. Postremo ea omnia uel mala esse dicebant: quæ foris quod esui est habeant: dura intus includant. Ob hanc distinctionem affirmant quidam persicum inter mala numerandum.

.DE MALIS.

E malis igitur dicendum nunc est: & maxime de his quæ ante cibum comeduntur. Austera & styptica post epulas tutius assumuntur. Sunt aũt maloꝝ genera plura: de quibus suo loco dicetur. Dulcia & cito maturescentia: qualia sunt orbiculata: præcocia: melimella: quæ omnia fere stomachum: & aluũ soluunt: prima mensa sunt comedenda. Dioscorides quod ad æstiua mala pertinet hoc sentit. Ea credidit pituitam nutrire: fellis ardores excitare: inflammationes mouere: neruosis partibus minime conuenire. Galienus uero nõ oĩa reiicienda pronnuciat: sed ea tã tum: quæ aut aquei saporis sũt: aut aspri atq; acidi. Dulcia auté & matura: quæq; hyeme custodita suauiter fragrant: inflãmationem tollũt: stomacho nauseati succurrũt: & appetentiam inducũt. Mala aũt frigida esse et humida ex eo maxime deprehẽditur: qđ succus ex his expressus facile trãsit ĩ acorem. Hãc ob rem quidam censuere huiuscemodi fructus bono stomacho ante mensam non nocere: quom uentrem humectent & præcordia refrigerent.

DE PIRIS.

Irorum naturam Dioscorides stypticam tradit: & ideo contrita & apposita impetus omnis incurrentiũ humoꝝ auertunt: sanguinem ex naribus & uulneribus fluentem sistunt. Ex his quædam sunt dulcia: quædam austera: quædam acida. Dulcia quum sint

aquatici & soluti saporis:cũq; inter frigidũ & calidum consistāt:utpote parua illa & ocyssima:quæ Plinius superba innuit appellari:ante cibũ dāda sunt. Hæc nos uernatica lingua moscatina ab odore uocamus. Detur item alia siquæ sũt his similia. Styptica uero & acida: quoꝝ magna turba ē:secũdae mēsæ reseruēt̃:qa ante cibũ sumpta astringũt:quod ualitudini cōtrarium est. Annotatum est etiā pira præter alia poma corpus nutrire. Piro magna certe inest uis:nec in fructu solũ:uerũ etiam in radicibus & foliis. Cũ fũgis ac boletis incocta:uenenũ siquod inest tollũt. Decocta folia uulneribus quibusdā medentur. Semen autem piroꝝ cum melle tritũ:ac ieiunis traditũ dolorem iecoris submouet. Condiunt̃ autem pira totidem modis:quot uuae mala:pruna persica:cytonia. Poma item omnia percōmodæ seruant̃:si pomaria in tabulatis posita fenestras ab austro ad septētrionē uergētes habuerint. Substerni stramētis ac paleis debēt:ne humore nimio:qui ex contactu oritur fracescāt.

DE VVA.

Vi uuā quasi uuidam ex abũdantia humoris etymologia notauere:recte mihi fecisse uidētur:quũ maximus inde perfluat humor:quod mustũ primo:mox defecatũ:uinũ appellatur. Vuam ex arbore nasci non ausim dicere:quũ nō plane sit arbor:eādē quoq; fructicē dicere iniuria esſ&. Teneat igitur tanq̃ res præclara mediũ qđdā:neq; ēt ut quibusdā placet acinis patiat̃ ascribi:ut grana hederæ:& grana sābuci:his.n. oīo dissimilis esſ&:si uinaceis careret:qđ fieri perfacile poterit:si Columellā imitatus. Malleolũ findes ita ne gēmæ lædāt̃:medullāq; oēm erades:tũ demũ i se cōpositũ colligabis:ita tamē ne gēmas alliges:in terrā de/

inde stercoratã depones: & rigabis. Adulta uitis uuas tibi sine uinaceis præstabit. Vuaꝝ genera multa sunt: Aminea a regione. Aminei enim fuere ubi olim faler/nũ. Appiana ab Apio. Bumastha a similitudine mãmæ bubulæ. Mareotis: præcox: nométana: præcia: psithia lagea: quæ & leporaria dici põt. Sũt & alia plura: quæ enumerare lõgũ ess&. Vuaꝝ maturescẽtiũ uehemẽtio res nigræ: ideoq; uinũ ex his minus iucũdũ: suauiores albæ: unde uinũ gratũ fit. Inter õs auctores cõuẽit fi/cos & uuas bene maturas cæteris fructibus: q crudi e/dũt minus insalubres esse: & sũpta prima mensa fere nõ nocer. Vua siqdẽ matura: & quæ decerpta diu: aut saltẽ dies quatuor pepẽderit & suauius & dulcius edit: obesa. n. rfrigerat: neq; fastidiũ mouet. Recẽs ãt deuo rata stomachũ: spiritũ: aluũ inflatione pturbat: capiti nocet: lethargiũ facit. Nõ sũt uinacea dũ comedunt dẽtibus cõterẽda: qa & difficilius coquũt: & deterius nutriũt. In uino dulci: ut fieri sol& cõditæ uuæ caput tẽtãt. Pensilibus pxíe habent: quæ i palea seruantur. Sũt q eas in aceruo uinaceoꝝ cõseruent: ueꝝ comessæ caput & stomachũ infestãt. Sistũt tamẽ aluũ: ac sãgui nẽ excreãtibus utilissimae sũt. Virides itẽ hoc modo seruabis: uuas de uite illæsas accipies: & aquã fluuia/lẽ ad tertias decoques: quã & una cũ uua i uasculũ mit tes bene gypsatũ ne exalet. In locũ frigidũ: ubi sol ac/cessum haber nõ possit vuas rpones: & q̃do uolueris vi rides inuenies: ipsã uero aquã si uoles pro hydromelle ægroto dabis. In ollis seruatæ: ac esui sumptæ: stoma/cho auiditatẽ excitãt. Extat & lãbrusca: quã græci ãpe losagriã uocãt: cuius acina desiccata ad medellã seruã tur. Passum optimũ sic fieri Columella praecipit. Vuã præcoquẽ bene maturã leger: acina acida haud uitio/

ſa r̃ucer̃ q̃ bona ſũt ĩ tabulatũ qđdã extẽder̃: uinoq; in ſparger̃: ſeruata uſui multis ĩ reb. eſſe cõſueuit. Paſſulæ uino lotæ: & præcipue q̃ ſine uinaceis ſũt: ut corinthiæ & narniẽſes ãte & poſt cibũ ſũptæ ſtomacho atq; hepati opitulãt̃. Ex vua cõcocta ĩ aheno ſapa fit: ex puro & expr̃ſſo muſto in defrutariis uaſis defrutũ. Muſtũ.n. decoctũ defrutũ uocat̃: ũde & defrutar̃ muſtum coq̃re dicimus. Sapa tamẽ đfruti uice nõnũq̃ utimur in condẽdis pomis ac piris.

DE MALIS punicis.

Vnt & mala q̃dã qb. & ãte cibũ: & in cibo maxime uero cũ aſſis & frictis carnib. vtimur. Ex his ẽ malogranatũ: qđ & punicũ uocat̃: cuius multa ſũt genera q̃ enũerar̃ ſupuacaneũ nũc eẽt. Sufficiat tãtũ de eoꝝ q̃litatib. dicer̃. malo punico uim ſtypticã ineſſe õs fere medici una opinione cõſẽtiũt. Quadrifariã tamẽ diuidi poſſe videt̃. Dulcia.n. cõtiner̃ aliqd caloris nat̃a ipſa arguit: & ãte cibũ comedẽda ſũt: q̃q̃ inde inflãmatõ q̃dã orit̃: quã græci φλεγμονην appellãt. Acida ſtomacho accomodata ſũt: & urinã mouẽt: pulmonẽ refrigerãt: iecori blandiunt̃. Si mala ipſa nimiũ acida uidebũtur emendari hac rõe poterĩt. Stercore ſuillo & hũano urinaq; vetere radices arboris irrigabis: dulciorẽ fructũ inde poſtea ſumes. Vinolẽtã mediã q̃dã uim inter illa ſupiora ſibi uẽdicãt. Acerba pigmẽto qđ ſtomachũ uocat̃ magis apta q̃ eſui ſũt: tũc oris uicia: nariũ: aurium: oculoꝝ ſanat. Recte igit̃ tradidere: q negarũt punico malo corpora nr̃a nutriri: quũ eoꝝ uſus medicinæ magis q̃ cibo cõueniat. Qui ualidi ſtomachi ſũt ea tutius ãte cibũ ſumẽt: q̃ q imbecillis. Calores.n. reprimunt: edendi deſideriũ inſtaurãt. Poſt cibũ p̃cipue uero acida uapores ad caput aſcẽdentes ſupprimũt nimium calorẽ extingũt: & fere eandẽ uim habent quã co-

ctonea ipsa pressa manib. aut prœlouinum quod in multis edulιis utimur r̃ddunt. Postr̃mo uero testa e/ iusdem mali sicca & in puluerem redacta multis in/ cõmodis medetur: utpote aluo solutis si trita ex mero potui det̃. Sanat & uulnera in genitalib. ob caloré na ta. vt mala punica diu seruent̃ in aquã feruẽtẽ merge: & statim leua: ac suspẽde. DE COCTONEIS.

Octõea dici cũ de malis loqmur: & nõ coctona var rõis ac Pli. auctoritate manifestũ ẽ: q coctona inter ficos cõmemorãt. Omitto eo℞ opinioné q ea cydõia a cydone ciuitate cretæ appellauere: ũde & cydõia spicu/ la sũt dicta. Coct onea ergo siue cydõia uel cytonia s̃t uocãda: cruda & matura dysẽtericis & cholericis ac sã guiné excreãtib. optime dant̃: aluo solutis nõ itẽ pro sunt decocta: q amittãt cõstringẽtẽ illã uim succi. In fusa præterea ex uino uel aceto stomachi dolore: & in testino℞ fluore uexatis oportunissime confert̃: fallũtq; languentiũ desideria: q & specie & gustu & odore cu/ iuslib& vini veteris similitudiné represẽtãt. Seruari diu mala coctonea recẽtia hoc modo possũt. Eligant̃ sine uicio cũ ramulis & foliis condita in uas: ac melle & defruto suffusa diutius viridia durabunt. Cõdiri ẽt matura hoc mõ possũt. Depilata ac in frustra concisa nucleisq; e medio sublatis in aquã cæleste ponunt̃: v bi tandiu mutata tamẽ aqua relinq debẽt donec sty/ pcitatẽ illã amiserint: eluceãtq; tãq̃ cornea. Elixent̃ de inde & sẽicocta ex aheno ablata in linteum albũ & mũ dum s̃r tabulã extẽdãt̃: donec aq̃ exsiccet̃. In cacabũ deinde cum melle posita tandiu ebulliant quousq; oĩo coq̃nt̃. Cocta rursum linteo extendes: & fere sicca ad umbram non in sole: in ollam repones: super infundes q; mel bene defecatum & tepidum. Hoc modo fere cõ/

diũt cucurbitæ: citra: mala medica: q̃ uulgo narãcia uocamus: pira poma: qbus nonnulli aromata inſpgi uoluerũt: ut chariophilũ: cinamum: gyngiber trita: & cribrata. Malopeponũ coſtæ: unde cõditura fieri ſol&: in aceto macerãt dies quatuor: poſtea uero q̃ in linteo a liq̃diu reſederint: mutato aceto iteꝝ coctæ: ac rurſũ in linteum exteſæ: donec refrixerint in ollã reponuntur: ſuperfuſoq; melle optime ſeruantur. Hæc in prima mẽſa uariis temporibus comedi ſolent. Hieme citrum & naranciũ: Aeſtate cucurbita: pepones: coctonea. Sed coctoneoꝝ hæc uis eſt: ut ante cibum ſumpta aluũ aſtringunt: & cõcoctionẽ ac lubricitatem uentris tollãt: niſi bifariam diuiſa nucleiſq; exhauſtis ſuperinfuſo ſacchar o coquantur. Tũc enim deſiderium edendi inducunt & ſumpta caput ab ebrietate defendunt. Poſt cibum uero ſtomachum ſigillant: concoctionem adiuuant: & aluum mouẽt: ſi auidius deſumpta fuerint.

DE CITRO.

Itrum uel citreum Cloantius & malum perſicum a prouincia uocauit. At Virgilius Homerum imitatus longa periphraſi citrum circũſcripſit. Felicis mali quo non præſtantius ullum Pocula ſi quando ſcæuæ infecere nouercæ: Miſcuerũtq; herbas: & non innoxia uerba. Nemo enim dubitat hoc de citro dictum: cuius uaria habentur genera. Alia enim ſunt quæ ſylua confinis mauritaniæ ꝓducit. Alia quæ ĩ italia & media naſcuntur. Omnium tamen magnitudine potiuſq̃ generũ differentium eadem fere uis eſt. Odoratiſſima enim ſunt: & ueſtibus interiectas tineas necant: Vnde & odorata ueſtis cirroſa a Neuio uocatur. Generantur aũt in perſide omni tempore: alia enim præcarpuntur: alia interim matureſcũt. Putatur etiam in uenenis contra

ria ꝙ trita cum vino purgatione uirium suarum bi/
bentes seruant. Non tamen una eadẽq; virtus in om/
nibus citri partibus est. Putamina enim calida sunt:
quod intus est semiacidum: ac per hoc stypticam uim
habere manifestum est. Assis & calidis obsoniis adhi/
bentur omni tempore: æstate tamen præcipue: ꝙ bilẽ
reprimunt: sitim extinguũt & desiderium edendi in/
ducunt. Multis ægritudinibus citrea uis medetur: nã
& pregnantes mulieres a nausea uendicat: & tritum ĩ
potione vini datum: lieni ac querellis iecoris medet᷑.
Sunt qui citrum tessellatim cõcisum ex sale oleo & ace
to comedant. De malis citreis uel medicis: quæ uul/
go narancia uocamus: eadem fere dici possunt. Ve℞
quia quædam dulcia: quædam acida sunt: uescendi ra/
tio ex superioribus præceptis repetatur. Dulcia ante
cibum quo uis tempore sumpta stomacho conueniũt.
Nec non acida si saccharo fuerint remolita: quod fit
sublato corio: detractisq; membranulis.

DE PALMIS.

Alma multis in locis nascitur: ut hodie in italia: in maritimis hispaniæ locis: in aphrica licet cerne re. Sabulosa ac nitrosa terra gaudet: vnde in iudea per commode nascitur: fructumq; vberiorem & suauiorẽ reddit: cui a forma oblonga: & in medio dorsi quẽdã quasi nodum assumere dactyli nomen impositum ar/ bitror: ꝙ digito sit persimilis. In aluo media fissura ẽ: quam nõnulli umbellicum appellant: Inde spargi radi cem: quum plantantur asserunt. Sine mare qui haud longe plantari deb&: infœcunda habetur. Vnde exci/ so mare stati sterilescũt. Nascũt᷑ aũt palma℞ fructus nõ inter frõdes: sed inter surgentes ramos. Palmæ uis calida est: & humida: melior alba: q̃ aut nigra: aut ru/

bēs depilandæ mēbranulæ sūt: quæ carnem ab osse diui dūt: deuoratæ enim grauiorē concoctionem faciūt. Ossa item auferenda: ne Alexandri milites: q auidius ui rides palmas comedētes strangulati sūt imitemur. Dulciores enim ante cibum sūpti: & si facilius concoquūt & aluum mouēt: spleni tamē dētibus atq; hepati aduersant. Palma (ut ait Gellius) tātæ generositatis est. ut pōderi non cedat: sed sursū uorsū nitit: & ob eā rem victoriæ signum habet: quoniā huiuscæ naturæ est: ut urgētibus opprimētibusue non cedat.

DE MESPILO.

On fuit mespilus in italia Catonis æuo. Radices hæc arbor profunde & late agere dicit. Hāc ob rē fere inextirpabilis habet. Gallica mespila cæteris præstātiora sūt: quoꝝ semen austeꝝ qdem: ac folia proprietate non carent. Ante cibū sumpta mespila uehemēter dissolutū stomachū astringunt: fluxus alui immodicos fortissime reprimunt: ob frigiditatē & siccitatem. Dētium doloribus medentur. Folia quoq; eius & cortex: itemq; radices tūsæ & impositæ feruori ac tumori subueniunt: sicca & trita cū melle ad cicatricē uulnus adducunt. Eoꝝ succus cū vino haustus ueneficis potionibus repugnat.

DE SORBIS.

Orbis triplex differentia inest. Alia enim ut mala rotunda sūt. Alia turbinatiora: ut pira: alia ouoꝝ figuram optinēt. Laudantur a medicis sorba medicamētorū potius q̄ cibi grā. Et ut alba adhuc & semicruda stomachū prægrauant: ita matura fastidiū pellūt: uulnera in traneis innata deliniūt. Aqua uero in qua decocta sūt sorba potui data: quū uini austeri fere cum sapore naturā imitetur: dysētericis medetur. Sorba sole macerata: ac ī sapa cōdita: ut coctonea & pira secundū Ca

tonem diu durant. DE CORNIS.

Orna quæ Vir. lapidosa uocat: q foris parum car/nis: & intus plurimum ossis habeant: inter acina numerata sumpta in cibũ paꝝ alunt: tarde concoquũtur: & aluum astringunt. DE PERSICO.

Ersica tota asia nascunt: maxime uero in perside: vnde ad nos translata nomen habent: sero id qdẽ factũ est: & cũ difficultate. Veꝝ postea vbiq; fere spõte ꝓueniũt. Fabulas mihi narrar uidentur: q scribunt uenenata cum cruciatu apud persas gigni: & ob eã rẽ a Cyro inde ad ægyptios trãslata: vt quos armis uin/cere nõ poterat: ueneno saltem necaret. Configunt itẽ quo res verisimilior videat ægyptio sole & cælo miti/gata fuisse. Hãc ãt opinionẽ innuit Columella his car minibus. Et pomis quæ barbara per is Miserat (ut fa ma est) patriis armata venenis. At nũc expositi paruo discrimine leti Ambrosios præbent succos oblita nocẽ/di. Addidit tamen ut phama est: ne oĩo rẽ fabulosam ꝓ historia crdidisse videretur. Gallica & asitica persi/ca: quæ nationum cognomina habent autumno ma/turescunt: æstate præcocia habentur. Dyrachina ĩ præ cio ante alia sunt. Recentia seruari hac ratione pote/runt. Optima eligito & mitte in muriã: postera die exi me & purgabis diligenter: ac collocabis in uas fũdens salẽ acetũ saturegiam. Persicoꝝ cibus pp humiditatẽ & frigiditatem stomacho inutilis habetur. cito enim inacessit: atq; in phlematicos uertit humores. Eoꝝ v/sus: quem negant medici mẽbra nutriri ad ephimeras iter facit. Matura tamen ãte cibũ sumpta appetentiã inducunt: vrinam mouent: aluum lubricãt: fetor oris medentur. Sicca post cibum mãducata: & si nihil nu/triũt: stomachi tamen sigilla habentur: q astringũt.

Sunt qui dicãt statim post persica ante cibũ sũpta: vinũ optimũ bibendum eẽ: ne cõtinuo putrefiant. Non improbatur etiam eoꝝ opinio q asserũt post cibum comedenda persica tessellatim concisa: & in optimo mero ĩmolita: q̄ os stomachi & supiora orificia refrigerãt. Hoc aũt fieri deb& vbi ex assis cœna præcessit. Folia psici trita & imposita ventri: lumbricos aut expellũt: aut perimunt. Eadem sicca & in puluerẽ tũsa recẽtes plagas cruentoꝝ uulneꝝ claudunt. Nucleus psicoꝝ cũ oleo tritus capitis dolori medet̃.

DE OLEO.

Xiger& nunc mẽsarum ordo: ut de conficiendis ac coquendis pulmentis ratio præberetur. Veꝝ quum omnia fere obsonia mixta sint de quibusdam simplicibus ad hãc rem perinentibus prius dicendum est: ac primum de olea atq; oleo. Oleaꝝ genera sũt plura. Cõditiua: pausia: radius: orchites: quæ de oliuitate optĩe conditur: (vt ait Varro) salentina: termutia: conditiua grandior est & esui optima: ut nunc bononiensis: & picentina; acerba scinditur utrinq; gladiolo: & in frigida aqua tãdiu maceratur: donec amaritudo cum pinguedine euanuerit. In seriã deinde aut in ligneum uas reposita superfusa aqua cum sale & fœniculis decocta ad tempus seruatur. Comeditur cum piscibus & carnibus assis: vt vel fastidium leuet: uel desiderium inducat. Difficilis cõcoctionis est ac parui alimenti: humores generat crassos & glutinosos. Sũpta externa mẽsa exhalãtiones ad caput ĩprimit. De reliqs cõmod' usfiet oleum: trãpeto vt a qbusdã solet uel mola: qđ vtilius ẽ: vel solea qđ difficilius. In fiscis ĩpõit̃ oliua: ꝑlis q; subicit̃: exprimit̃q; tãdiu: dõec sãpsæ aridæ nil ãpliusꝑstãt. Id olei: qđ primũ exit: si nõ ex fracescẽtib. oleis

& nimiũ maturis:ac cõcalefactis fuerit:suauius esui ẽ. Hoc Pli. omphacinũ uocat. ομφαξ.n. vuã imaturã græci appellãt:qđ genus olei ad frigiditatẽ & siccitatem tẽdit. Seruare oliuas uirides:vt quo vis tẽpore oleũ facias:hoc modo poteris. Oliuas de arbor̃ sublatas:ĩ mel demerges:auferesq; tales quo vis tẽpore quasi mox de arbor̃ rdẽptas:de qbus si voles oleum viride facies. At qđ ex maturis exprimit̃:& si pinguis ac grauioris odoris ẽ:tamẽ utilius omphacino propter tẽpatas q̃litates habet̃. Ad caliditatẽ eĩm:& humiditatẽ tẽdit. Vẽdicari tamen a nimia pinguedine oleũ sale illitũ potest: gratiusq; fiet subtracta e fũdo dolii amurca. Oẽs.n. feces olei ac uini ad fũdũ tẽdũt:ut mellis ad sũmum:vnde & oleũ melius ĩ sũmo:qa exhalationes amat:vinũ ĩ medio:mel in fũdo ẽ ꝑcul omni fece. Olei uis ẽ cor/pus tepefacer̃:qua re cognita Hannibal ĩ Romanos ducturus acies:ad trebiã frigida hyeme corpora militum ad lenitatẽ & robur inuxit & uicit. Cõtra algores oleũ mirifice iuuat. Potũ ieiuno stomacho aut lũbricos in/terficit:aut e vẽtre pellit. Præterea uero cõtra venenũ ꝓ antidoto habet̃. Ex aqua.n. calida potũ:vomitu ue/nena fugat. Sũt & alia plura genera ficticii olei : quæ consulto prætermittunt̃:qa nihil ad rẽ nr̃am faciunt.

DE MELLE.

Agna apibus cura ac sollicitudo confiendi mellis: & cæræ inest:maior cõseruãdi:vnde Maro recte eas parcas appellat. Nõ enim liguriunt:vt muscæ. Castissimæ præterea habentur. Inquinatis enim locis:aut qui male oleãt nulla apum assidet. Tam qui olet unguẽta qui uinolentia & recẽti cõcubitu fetet:q̃ q aleum:redolẽtia sapit pnngit̃:& ab aluearibus quæ ab aluo secundum Varronẽ sunt dicta:facto agmine fugatur. Legẽ

habent ad similitudinē optimi princ pis: ad quē oīa deferūt̃. Hoc præcedēte: aut delato se neq̃ uolare: de loco ad locū ꝓficiscūt̃. Castra hoc ē aluearia ponūt. Apibus naturale pabulū ē rosa: serpillū: apiastrū: papauer: faba: lens pisū: ocimū: cytisus. Ex his.n. rorē matutinū: unde mel & florē: vnde cæra conficit̃ colligūt. Optimū tamē mellificiū ē: q̄d ex thymo fit: & ob hāc rē siculū mel & atticū palmā fert: pp̄ thymi abūdātiā & suauitatē. De melle pōtico & hispano: ī quo veneni uim inesse qdā auctores scribūt: nō attinet dicer̃. Id.n. q̄rimus: q̄d ad uoluptatē facit. Mel solū ē: q̄d in sūmo fecē expuit: hoc quo grauius eo melius ē. Mel cōtra ac vinū laudat̃: hoc q̄d uetus & humectū: illud q̄d r̄cens: & calidū: in p̄cio ē. Decoctū crudo melius habet̃: neq; enim adeo inflat: aut præcordiorum dolores ac bilem auget. Aestiuum autumnali melius ē. Corporibus frigidis & humidis cōuēit. Multis ægritudinib. medet̃. Corpora putr̄scere nō sinit. In cōditura maloꝝ: cucurbitaꝝ: citroꝝ: & nucū optimum habet̃. Oris desideriis & ī multis obsoniis facit satis. Ex hoc oxymel & hydromel: quā eādē uel aquā mulsā licet appellar̃ cōficit: quæ tussientibus pcōmode dat̃. Mulsum ego fieri ēt ex vino & melle teste Plinio crediderim.

DE SACCHARO.

Accharum fert nō arabia solum & india: sed creta & sicilia: quod Pli. mel ex harundinib. collectū vocat. Fragile id qdē dum terit̃: aut subicit̃ dētibus: hoc certe q̄to cādid ius tāto melius: quod ꝑfecto ex lōga depuratiōe fieri cōsueuit: ūde probabilius ter: aut eo āplius ī coctū dicimus. Calida ē eius vis: & hūida: hic fit vt bene nutriat: stōacho prosit: eius exaspatiōes siq̄ insunt lēiat. In bilosis tamē facile ī dominātē hūorē cōuertit̃.

Hoc ut arbitror neteres ad medicinæusũ tãtũmodo utebãť. Et ob hãc rẽ nulla ĩ obsoniis eoꝝ đ saccharo fit mẽtio. Caruere illi quidẽ magna uoluptate: quũ nihil ex his quæ esui dantur tã insipidũ sit quod saccharum nõ cõdiat. Hic natum est illud crebra usurpatione ꝓuerbium. Nullum genus edulii addito saccharo insipidius reddi. Liq̃facto hoc amigdalas ĩmolitas aqua mũdas: nucleos pineos: auellanas: coriandrum: anesũ: cinama: atq; alia plura in bellaria ĩdigimus. Trãsit tũ saccharꝝ fere in eoꝝ qualitates: q̃bus in cõfectione adhęserit.

DE LACTE.

Ac ego ἀπὸ τοῦ γάλακτος deriuatũ puto: primũ quod ex fœtis animalibus mulgeť colustrũ appellatur. Id autem ideo abiicit̃: q̃a lactentibus noc&. Sunt q̃ uim lactis tẽpatã putẽt: q̃ ad frigiditatẽ & humiditatẽ parũp declinet. Et ob hãc rem lac bene nutrire multũ sãguinis generare: quũ sãguis sit ex vberibus & mãmis expressus: cerebrũ fouere: stomacho & pulmõi ꝓdesse: genitura augere inter õs medicos cõstat. Non idem tamẽ ex oĩbus animalibus mulgeť lac. Omitto muliebre: quo in medicina tãtũ utimur. Talẽ ꝓpe uim lac habet: qualẽ aĩal: unde mulgeť. Optimum caprinũ habetur: q̃ stomachũ adiuu&: hepatis opilationes tollat: aluũ lubricet. In secũdo loco erit ouillũ. In tertio bubulũ. Melius uere q̃ æstate: rursũ æstate q̃ autũno: aut hyeme. Stomacho ieiuno ut exit ab ubere uel tepidũ bibẽdũ est: & tãdiu a reliquo cibo abstinendũ donec ĩ stomacho resederit. Coagulatũ ac prima mensa haustũ uere & æstate minus noc&. Nam post cibum sũptũ (ut fere solemus) aut statĩ putrescit: aut secũ alterũ cibũ ĩcoctũ ad ima trahit. Quiescẽdum ẽ itẽ postq̃ desũptũ ẽ: ne ĩ stomacho qđ exagitatiõe fit coacescat.

2 85

Ebibitum aut cũ saccharo: aut melle a putrescẽtia ꝓ/
hibet. repurgato & ieiuno stomacho bibẽdum dixi q̄a
in eos humeros: quos principes ĩ cibi receptaculo de/
prehẽdẽt facile cõuerti sol&. A nimio lactis usu cauẽ/
dũ tamẽ ẽ. Nã & aciẽ oculoꝝ hebetiorẽ reddit: & cal/
culos ĩ renib. & uesica generat. Sero caprino q̄d ex la/
cte sublato caseo fit: ꝓ medicina utimur: q̄ hepar &
sãguinẽ r̄frigerat: q̄ pharmatis uiam ad purgandum
corpus faciat. DE CASEO.

T si caseo in tertia mẽsa uescimur: tamẽ hoc loco
eius uis explicãda fuit: cũ ex lacte: d̄ quo nũc dictũ ẽ
fiat. In multis ẽt eduliis cõficiẽdis hoc crebro coq̄ v/
tãt̃. Coagulatũ lac nõ multo coagulo: ne caseus (ut fe
re semp cõtingit): acorẽ cõcipiat manu factoris: & q/
dẽ nõ macilenta & calida: sed sub pingui & tẽpata in
pilã redactũ ex aheno in formas uel calathos uel fiscel
los reponat̃: exprimatq; tãdiu donec seꝝ penitus exie/
rit. Salitus caseus in locum fumo aliq̃tulum obnoxi
um reponat̃: vbi salem cõceperit: & ætatis aliqd ade
ptus erit: esui nõ incongrue dabit̃. Caseo dignitas a lo
cis & pecoribus accessit: ut de lacte dictũ est. Duo sũt
hodie casei genera in italia: quæ de principatu conten
dunt: vt marceolinus: ita enim hetrusci uocant: q̄ mẽ
se martii factus sit in hetruria. Et parmensis in cis/
alpinis: quem eundem maialem a mense maio lic& ap
pella re. Qualitas casei ex ætate deprẽhedit̃. Recens al
gidus ẽ: & humectus: salitus & durus calidus & sic/
cus. Recens caseus bene ac multũ nutrit: calorem stoma
chi r̄primit: sãguinem excreãtes adiuuat: phlematicis
oĩo noc&. Vetus difficile cõcoq̄t: paꝝ nutrit: stomaco
ac vẽtri aduersãt̃: bilẽ facit: podagrã: dolorẽ lateꝝ: hañ/
nulas: & calculos generat. sũptũ post cibũ q̃tũ uis paꝝ

cũ os stomachi sigillet:& fastidiũ pinguiũ eduliorum tol/
lere:& coctioni ac capiti pdesse aiũt. DE REcocta.

Vblato ex aheo caseo:serum tãdiu lẽto igne cõcalefaci
mus:donec ad sũmũ id pinguedinis natauerit:qđ
reliquũ casei fuit:recoctã id rustici vocãt:quod ex lacte se
cundo cõcalefacto colligat͂. Cãdida est nec gustui insu
auis. Insalubrior recẽti ac mediæ ætatis caseo hẽt͂. Me
lior tamẽ habet͂ uetere:& nimiũ salito. coctã siue eãdẽ
recoctam libet appellare:multis pulmẽtariis herbaceis
præcipue coq admiscẽt. DE BVTYRO.

Vtyrum ex lacte hoc mõ fit. Emulctũ lac ex multralib.
in uas æneũ:qđ ab imo coarctatũ sursũ vorsũ in la
titudinẽ cãpanæ surgit diligenter percolat͂. Ex quiete:
& humiditate nocturna in superficie piguitudo lactis
natat:hãc rustici pãnum vocãt:qua leniter cõcleare sa
tis magno in uas ob lõgum inuergunt:rutabuloq; tã
diu miscẽt:donec ĩ massã redegerint:q̃ ablata & in se/
riis reposita ad tempus:adipis aut olei uice in qbusdã
obsoniis utũt͂:fere õs q septẽtrionalẽ & occidentalem
plagã ĩcolũt:quod oleo indigeat:quo calidæ & tẽperatæ
regiões abũdare cõsueuert. Butyrum calidũ ẽ & humidũ
corpora admodũ nutrit & obesat. Eius tamẽ freq̃nti
usu & stomachus ledit͂:& fomenta phlematicae ægritu
dini præparat͂. Datũ ĩ cibum cũ mundis amigdalis &
sacchara pituitã digerit:& tussim frigidã ac siccã tol/
lit. Illitũ vulnerib. ex venenosis aĩalib. potũq; antido/
ti & tyriacæ uices prestat. DE OVO.

Vũ qđ ὠὸν graeci dicũt multiplex ẽ:& ex volatilib.
fer͂ oib. nascit͂. q̃ oua piãt esui accõmodata sũt:anse
res anates pauões struchii gallĩe:sed gallĩarum meliora ac
salubriora sũt:maxĩe si ex gallo cõcepint. q̃ vero aut ex
vẽto zephyro:ut qdã volũt aut ex ppria libidĩe cõcepta

ea minus sapiũt: ac fœturae oĩo inutilia sunt. Ouoꝝ uis tẽpata ẽ: & ob hãc rẽ bene ac multũ nutrirĩ medici assert. Ouum bifariam diuiditĩ i alborẽ & uitellum: albor ad frigiditatẽ: vitellum ad caliditatẽ tẽdit. Alborẽ ĩpurgãdis uulneribus: ĩ cõstrigẽdis quæ laxa sunt: ut ĩ cõdituris quoꝝdã edulioꝝ: ac bellarioꝝ utimur. At vitellia maxime uero rcẽtia: & quæ ex gallina pdice phasiano sumunt nõ nimium incocta (sorbilia. n. debẽt eẽ oua) cor fouẽt ac mẽbra nutriunt. In sãguinẽ. n. purum: & q coardeat cõuertunt. Quare q inanitate laborãt hoc cibo rpurgato prius stomacho: q facillime ĩ alios humores cõuertit: crbro ĩ prima mẽsa utantur. Medetur & hic cibus tussi: exaspatis arteriis: vocis raucedini: & sãguinẽ excreãtibus. Oua ex aceto decocta: quom magis tẽpata sint: styptica q; fiãt: uẽtrẽ cõstringunt: ardores urinæ: renum ulcera: ac vesicæ mirifice tollunt. Atq multo magis si nup nata: ac cruda excusso albamẽto deglutieris. Sapidiora eo magis sunt oua: quo ex gallinis piguibus: & nõ macilẽtis: ex depastis triticum: hordeum: millium: pãnicum: q̃ herbas sunt nata. Hieme paleis: æstate furfurib. oua præcõmode seruãt. Que in aceto macerata sũt: ut ait Plinius facile illæsa p ãnulos trãsmittunt. Dura Celsus affirmat valẽtissimæ materiæ eẽ: & ob hãc rẽ tarde cõcoq. Quibus in eduliis coq ouis utãr suo loco postea dicetur.

DE SVCCIDIA.

Villa caro adeo humida est: ut seruari non nisi multo sale possit. Animal hoc edacissimum ẽ: & hãc ob rẽ sãguine multũ ac calor abundat uligi nosa loca: vbi volutetur libenter incolit ad reprimendum calorem: quo maxime luporum dentes exagitantur: dum suillãm carnem semiuiuam lacerant.

Ad flumina igitur tale animal defert: quo feruor ille extinguat̃. A nullo brutorum pinguedine superat̃. Affirmat Varro se in arcadia uidisse suẽ: quæ præpinguitudine: nõ modo surger̃ nõ posset: sed ne amouere qdẽ soricẽ: qui exesa eius carnẽ nidũ fecisset: ac mures peperisset. Sus ubi annicula est: quatuor mẽsibus uentrem fert: binis nutricat. Porcelli adhuc lactentes nefrendes dicũt̃: ab eo qđ nondũ fabã frẽdere possũt: idest frangere. Ad annũ ubi uenerit porcus saliturae nõ incongruit: pridie q̃ occidat̃: potione prohibere oportet: quo sit eius caro siccior: deinde diligẽter salir̃ ne fracescat: & uietũ sapiat: ne ue tinia & uermibus lædat̃. Dũ salsuram facis in fũdo dolii aut seriæ salem sternito: frustra deinde ponito: cutis deorsũ spectet. Tandiu caro ĩ doliis remaneat: quoad salem cõcepit. In carnario deinde: quo fumus penetret suspendat̃: hinc sumes laridũ pro tempore: hinc pernam: hinc petasonem: hinc sumen: hinc glandiũ: quare nõ immerito rustici salsaturam succidam uocitarũt: quod inde succidi ad esũ multa possũt: ut ex horeo fit: quẽ eũdem secũdam succididiam rustici appellauere. Colliguntur item multa ad pulmentaria ex porco nuper cæso: ut adeps. Caro suilla tam recens q̃ salita: & si gustũ titillat: perniciosa tamen omnino est: ac mali succi: (ut ait Celsus.

DE LIQVAMINE.

Iquamẽ ex adipe porci: atq; anserum hoc modo fit concisum minutim ad carbones ignitos in cacabo pones: ne si ad flãmam suspenderis fumum concipiat. Tãtumq; salis indes: q̃tum satis esse putabis. Liquefactum anteq̃ refrixit in ollã repositoriam collabis: reponesq; ad usũ: ut ubi uoles eo uti liceat. Fit item liquamen ex anserina & gallinacea adipe.

DE OMENTO.

Mentũ adipem illũ esse annuit Celsus qui intestinis adheret. Testiculi inquit simile quiddam medullis habent: carent sanguine & omni sensu. Tunicæ eorum sensum præseferunt. Eo deuoluuntur plerunq; aut omentũ aut intestinũ. Hoc genus morbi Εντεροκελην græci uocãt apud nos indecoꝝ: sed commune his hirnie nomen est. Affert dolorem & scroto: & inguinibus & abdomini. Fuere item qui dicerent omẽtũ esse pingue duꝝ. Macrobius uero omentũ carthilagini persimile esse dicit: quod quidem impositum ossi cruciatum: dũ sectionem importat sentit. Quod cerebrum inquit tactu suo hominem torquet: vel frequenter interimit nõ suo sensu sed uestitus sui: idest omenti hũc portat dolorem. Ex hoc fit genus pulmenti quod omẽtũ uocatur.

DE ABDOMINE.

Bdomen quod græci περιτόνεον uocant vẽtris pars illa est: quæ ab umbilico ad inguina inter carthilaginem & pellem ducitur. Pingue id quidem est: Satyro teste Mõtani quoq; uẽter adest abdomine tardus. Celsi verba hæc sũt. Interdum enim uel ictu aliquo vel retẽto diutius spiritu: uel sub graui fasce interior abdominis membrana superiore cute integra perrũpitur. Erit igitur abdomen: ex quo sumen fit: quod idem uulua appellatur: nec obstat id etiam turgẽtibus porcæ papillis fieri quũ circa abdomen mammæ sũt. De lucanicis & reliqs pulpamentis: quæ ex suilla carne fiunt suo loco dicetur.

DE ACETO.

Cetũ ex uino fit: si uas fuerit uacuum & nõ clausum. Aer enim ex uacuo elicit potentiam eius. Nã quũ vinũ semina caloris in se habeat: ac uapidum fiat transit in vitium: quod acetũ dicitur adeo frigidum

vt ante omnes humores flammam extinguat. Et quod mirum videri potest saxa: quæ ignis non incoxit in/fusum statim rumpit. Quod Hannibal ad taurinos saltus in difficili alpiũ transitu fecisse legitur. Variæ sunt auctorum sententiæ de aceti qualitate. Ex calidis enim & acutis partibus quidam acetum constare di/cunt: quod ex intensa ipsius siccitate deprehenditur. Quidam uero plus frigiditatis in se q̃ caloris habere hac ratione confirmãt: q bilem q sanguinem repri/mit: q q; etiam pituitam uehementi acore incidit Aceti variam uim ex hoc deprehendimus: q rebus fri/gidis mediocriter additum frigidiores eas reddit: si ca lidis calidiores: penetrando enim quod eius maxime p prium est qualitates in rebus (ut dixi) auget Acetum & si melancholicis: lippientibus: ac dolore articulorũ laborantibus: paralyticis: spasmaticis propter uiam: quam malis humoribus ad neruos & iuncturas facit: obest plurimum: moderate tamen sumptum stomacho prodest: eius ardores compescendo: ac desiderium eden di instaurando: hinc fit ut in cibis primæ mensæ eo plurimum utantur. Potum ac superinfusũ morsui ue/nenatoꝝ aĩalium mirifice adiuuat. Pestilenti anno hoc uti in obsoniis ac odoratoꝝ vice id pulsibus ac narib. admouere domiciliaq; humectare iubemur. Tollitur a ceti frigiditas: & vis nimia: si cum passulis decoctum fuerit. Liberatum acerrimo podacræ dolore. M. Agrip pam suppremis suis annis ferunt demersis ĩ acetum calidum pedibus. Ex aceto & melle oxymel fit: vt alia multa.

DE ACORE.

Vod agrestam uulgo dicũt: & omphacium Plinii: & acorem Macrobii auctoritate dixerim. Omphax enim: (ut dixi) vuam adhuc acerbam significat. Qua

re igitur magis ꝑpellem oleum ex bacca immatura omphacium: q̄ acrestā: quæ ab omphace fit non satis video. Acorem vero ita Macrobius exprimit.: Acetum acerbius acore est: cuius vim acresta vehementiorem esse constat: quæ temperatius stomachi compescat ardores: nec ita corpus emaciat: & dissoluat: vt acetum sol&. Acor residenti stomacho: & æstuanti ac sitibundo hepati mire ꝓdest. Hoc & cõtra venena: & in condiendis obsoniis cõmode & salubriter utimur.

LIBER TERTIVS.

VCES EAS Esse: quæ foris duro teguntur cortice: intus habet quod esui est: satis quum de pomis loqueremur diximus. De generibus tantũ nũc dicendum videtur: ac primum de iuglande: quæ vel a iuuãdo & glande dicta est: uel q̄ sit iouis glans: eandem græci basilicam uocant. Habet enim hoc genus arboris nuces: quæ sũt suauiores sapore: q̄ glans est. Vnde per exochen nuces tãtum epitheto adiecto pronunciamus. Affirmat Plinius græcos nuces iuglandes a grauedine capitis vocitasse. Ait enim arborum ipsaꝝ foliarumq; uirus in cerebrum penetrare: sed ad cibũ nuclei faciũt. Sũt autem recentes: tussientibus inimicæ. Aedem præsũptæ cum ruta & sale: cõtra venena & pestilentem aerem Mithridatis auctoritate mirifice iuuãt. Valent ité nuclei a ieiuno præsumpti contra rabiosi canis morsum. Putamen nucis combustum tritũq;: ac ex oleo aut vino capiti infantis illitum: alopeciã tollit: & capillũ nutrit. Muscæ (vt ait Columella) ab auribus canum arcentur: si aures amaris nucum corticibus illitæ fuerint. Ex nucleis multa edulia fiunt: præcipue uero aliatum: quo vna cum annosis ac pingui b. carnibus ad tollendũm fastidiũ: ad excitandum desi

derium uescimur. Ad hoc tundendum desudat. F. noster rusticellus adeo est aleati cupidus.

DE AMYGDALIS.

Migdalum ꝓ fructu uariare genus repperi: nam & fœmininũ & neutrum legit̃. Neutrꝝ ego analogia motus ꝓnũciauerim. Amygdalus: quæ græca nux & lõgaa nr̃is appellatur circa calendas februarias seri deb&: quia prima gemascit. Eius fructus: qđ amygdalũ uocat̃ quia primus est auide nimium a plerisq; cũ folliculo deuoratur: hic crebri dolores capitis ac grauedines oriuntur. Sicca uero cõtra æbrietatem ualent: si ante vinum quinq; sumant̃. Ex his inflammationes oriri illo argumento deprehẽditur: quod uulpes deuoratis amygdalis moriuntur: nisi aquam ĩ ꝓximo habuerint. Oleũ in quo decocta sũt infusum capiti caducos & lethargicos excitat. Vlceribus inueteratis ac caninis morsibus trita cum melle subueniũt. Renum dolores ex aqua pota extingunt admixto modico passo: quod solet potionis amaritudinem lenire. Amara enim medicinæ magis q̃ esui sũt accõmodata. Dulcioribus & confectis: & seorsum ĩ secunda & tertia mẽsa uescimur.

DE AVELLANA.

Vcem auellanam: seu prenestinam: quam græci põticam uocãt: ex corylo nasci manifestum est. Hæc ĩ cibo sumpta ob eius caliditatem commixtam siccitati capiti dolorem iniciunt: inflammatione stomachum exagitant: corpus tamen maxime nutriunt. Tostæ distillationibus mitigandis utilissimæ sũt. Tritæ ac ex aqua mulsa potæ etiam uetustissimæ tussis molestiam sedant: ex axungia uel adipe contritæ: & alopeciis illitæ capilloꝝ damna restituunt.

DE NVCIBVS PINEIS.

X nucibus pineis: quæ resinam habent distractis pi nei nuclei eliciuntur: q in cibū sūpti humores opti mos gignūt: sitim sedant: stomachi discrassiam tollūt vrinā purgant. Nuclei cū uuis passis frequētius sumpti venerem etiam iacentē excitare credūt: eādē uim ha/ bent & cū sacchararo conditi. His crebro nobiliores: ac diuites tempore ieiunii in prima & ultima mensa ue/ scuntur. Liquatur sacchaꝝ cui pinei inuoluti cum trul/ la in pastilli formā rediguntur. His addūtur bracteæ aureæ ad magnificentiam credo & uoluptatē.

DE CASTANEIS.

Astaneam: quæ & heracleotica uocatur inter nuces Virgilius numerat uno carmine. Castaneæq; nu/ ces mea quas amaryllis amabat. Generat & hæc ex om nibus quæ esui dantur robur in membris & vim: sed difficillime coquuntur: maxime vero a phlematicis: ni/ si cū sacchararo: & melle fuerint in cibū sumptæ. Elixæ uero & adhuc calidæ mane ante cibum cum melle da/ tæ tussientibus prosūt. Torentur item ad flammam in patella perforata: nec eius suauitatis sūt: nec nutrimē/ ti: cuius habētur sub carbonibus lento igne decoctæ. Has suauius edemus cum caseo in tertia mensa. Inte/ rior castaneæ membrana: quæ corticē fructūq; dister/ minat ad tertias in aqua decocta: ac potui oblata: mire aluum fluentem refrenat.

DE SILIQVIS.

Iliquæ qa duꝝ habent corticē: nō imerito nucibus annumerantur. Hoc nomen eas adeptas puto: qa si liqs fabæ & lupini: & si maior sit persimilis apparet: carobas vulgo appellamus: Quæ si recentes fuerint: stomachū lædunt: aluum soluūt. Aedem siccatæ in cō/ trariū agunt. Cibus eaꝝ urinam ciet: & ad stomachi

dolorem nõ leue præsidium est: si ternæ in sextario a-
quæ ad dimidias coquantur: isq; succus per dies quin
que cõtinuo hauriatᵘʳ. Galienus tamẽ đ siliqs pessime
sentit: ꝙ uix coquantᵘʳ: & uẽtrem stringãt: & humores
noxios augeant. Affirmat Valerius Flaccus viterbien-
sis medicus nostra ætate ægregius siliquas in tertia
mensa sũptas uetare: quo minus vapores antecepti cibi
caput petãt. DE PISTACHIIS.

Istachia auellanis similia sũt: his medici in pharma
ciis utuntur. Eosdẽ fere usus habent: quos nuclei
pinei: preterꝗ ad serpentum ictus. Austeræ enim & sty
pticæ uirtutis sũt. Ideoq; ẽt stomacho accomodata cre
duntur: maxime tamẽ cõstat ea & thoracis: itemq; pul
monis ac iecoris vitia purgare. DE PIPERE.

Romata: qbus ĩ pulmẽtariis vtimur multifariam
habẽtur: & omnia quidẽ prius ab externis in nostrã
ꝓuinciam importata. Ex arboribus hæc fere colligun
tur: vt piper quod ĩ fronte caucasi loco solibus oppo-
sito ex arbore iuniperis nr̃is assimili nascitur. Distãt
aũt piperis semina a iunipero paruulis siliqs: quales ĩ
ipsis faseolis uidemus. Hæ priusꝗ desiccantᵘʳ decerptæ
ad solẽq; tostæ: faciunt quod piper longum uocatur.
Paulatim uero dehiscentes ob maturitatem ostẽdunt
candidum piper: quod deĩde tostum solibus calore ma
gisq; mutatᵘʳ. est & qđdã genus piperis: quod ꝓpter
cæli intẽperiẽ carbũculat. Id ex omnibus asprimũ ẽ le-
uissimũq; & pallidũ. Gratius qdẽ nigꝝ habetur. Leui-
us utroq; cãdidũ. Nasci tᵘʳ piperis arbor in arabia solũ:
& troglodytica: ueꝝ hodie quoq; ĩ italia myrto nec ab
similis amaritudine: fructũ facit minus decoctũ. Est
aũt piper calidũ & siccũ: & ob hãc rẽ stomachũ & he-
par cõcalefacit. Bilosis noc&: uentũ ex aluo resoluit:

& pellit:vrinam ciet.eius uero usus hyeme magis q̃ æstate laudatur.

DE CARIOPHILO.

Ariophilon fortassis ἀχαρὶεν καὶ φιλὸν dicitur:in India nascitur:granis piperis assimile uidetur:nisi q̃ grandius aliquantulum & fragilius est. Arbor eius folia habens parua densaq; :in ramos trium cubitorũ consurgit:cortice pallido:radice lata lignosaq;.In uirtute etiam ferme idem cum pipere est : hepati tamen minus noc&:q̃ piper:ac uim contra uenena hab&.

DE CINNAMOMO.

E cinnamomo:quæ Herodotus narrat fabulosa sũt omnia ac falsa.Nascitur aũt in æthiopia:cuius frutex situ breuis est:ramo humili ac represso:quũ nũq̃ ultra duas vlnas ascendat.Quatuor digitoꝝ crassitudinem habet.Nascitur aũt ĩ vepribus dumisq;:& ob eã rem non sine molestia colligitur . Cinnamomum uirgulti cortex est:cuius præcipue bonitas in summo ad longitudinem palmi tenuissimis partibus habetur. Secundas partes tenet:sed breuiore mẽsura:quæ huic ꝓpinqua. Vilissimum:quod radicibus proximum.Radicem eius magni ponderis dicatam in templo capitolini Iouis:& pacis a Vespasiano imperatore uidisse se asserit Plinius.Cinnamomi natura calida est & sicca: concoctionem facit:stomachũ atq; hepar ui & odore iuuat.Cinnamũ idem esse cinnamomo crediderim. In illo enim meo iudicio facta est ob metꝝ syncope.

DE GINGEBERI.

Ingeberis virtus calida est:& sicca : lic& aliqua ex parte ad corruptionem tendat:quum putrescat:vt lignũ tinea corrosũ:stomacho frigido succurrit : eius nimiã vliginẽ ex esu fluctuũ uiridiũ contractã desiccãdo.Cõtra venenatoꝝ morsus ꝓ antidoto habetur.

DE NVCE MOSCATA.

Vx:quã pigmẽtarii moſcatam appellãt calida ẽ & ſicca. Corpus humanũ ui ſua & odore adiuuat: oculorum aciem hebetatã acuit: vomitũ ſedat: appetentiam inducit: ſtomachũ atq; hepar fouẽdo. Hæc omnia quæ aromaticã vim habent: integra: & tonſa ſeorſum aut mixim eſui hominum uehemẽter ſũt accõmodata

DE CROCO.

Romaticis non iniuria crocum· (qđ genus uariat) addiderim: quũ eoꝝ uirtutes colore: quo ſæpius or/nãtur: & ſapore in quo nõ paꝝ uiriũ ineſt augeat. Crocũ ſylueſtre: & ſatiuũ habemus. Radices hab& bulbo aſſimiles. eiuſdem tamẽ ubertatis & gratiæ non ubiq; eſt. Prima nobilitas cilicio aſcribitur: & ibi i tauro mõte: & in tmol o: ſecũda lycio: tertia italico. Adulteratur tamen ubiq;. Optimũ crocũ ubi manu tangitur ac ſi fragile eſſ& crepitat. Altera ꝓbatio: ſi manu prolatũ ad ora fuerit: leniter faciem atq; oculos mordet. Optimũ vbiq; qđ pinguiſſimũ: qđq; ſtatim redolet. flor& vergiliarum occaſu: paucis diebus flore & folio uiret. Bruma colligitur: ſiccatur umbra. Croci moderatus vſus: cuius vis calida & ſicca eſt pulmoni: pectori: hepati: cordi prodeſt. Potum cum vino: qa uehemẽtis odo/ris eſt æbrietatem facit. Crocum adoleſcẽtẽ in florem ſui nominis mutatum poetaꝝ narrãt fabulæ. Sũt ta/men q crocũ dictũ putẽt a coryco ciliciæ oppido.

DE ACRIMONIIS AC PRIMVM DE ALIO.

Liũ quo plures hab& nucleos: eo aſperius eſt. Halitũ vt cæpa: porrus: aſcalonium: ac bulbi oẽs inſuauiorẽ facit. Aiũt tamẽ radicẽ betæ ſub prunis toſtam: ac ſup aliũ deuoratã: tetꝝ eius odorẽ extinguer̃. Extat & aliũ ſylueſtre qđ græci ſcorodon uocãt. Domeſtico

certe magna uis inest & vtilitas: qppe pnitiosis hoium malis vehemẽter resistit: serpẽtes: & scorpiones: item q; alias latentes bestiolas odore solo fugat. Morsui canino cũ melle succurrit. Eius succus cũ oleo mixtus: & venenatos ictus: & ulcera in corporibus sanat. Fuerẽ etiã q alium elixũ freneticis darẽt. Coctum i faba tussim & suspiratioẽ pectoris mitigat. Vtilius tamẽ coctũ & viride: q̃ crudũ & siccũ existimatur: quũ multa fiũt edulia præcipue uero moretũ & aliatũ: qbus urbani raro: rustici q̃ sæpissime utũtr. Seritur liratim spatio palmari.

DE CAEPIS.

Aepaꝝ genera græci plura fecere: ut sardam: samothraciam: ascaloniã ab ascalonio iudeæ oppido nominatam. Vnde & quidam ascaloniũ mutato genere scripsere. Omnibus odor lachrymosus inest. Minus tamen tusculana uehemẽs: imo prope dulcis. Cæpa russa acrior q̃ cãdida: sicca q̃ viridis: & cruda q̃ cocta: sicca q̃ condita. Frigida humida ac sabulosa amãt loca. Seruantur bene ad fumũ suspensæ: optime paleis: mense martii & aprili cæpam: februario ascaloniam serunt rustici. De cæpis idem medici ferme sentiunt. His uidelic& inflammationes incẽdi: caput prægrauari: cerebrum ac memoriam lædi: somnũ prægrauem induci: humores phlematicos nũc generari: nũc rescidi. Quidã tamen eas tẽperate sumptas salubres putarunt: ꝙ alvum molliant: ꝙ sõnũ inducãt: q appetẽtiã faciant. Ventrem præterea excitãt: & eius fomenta salaci humiditate augẽt. Cõtusa cæpa ac emoroidibus superinposita eas aperit: cõtra venena & corruptellam aquaꝝ alio assimilis oio. Cæpullã a cæpa dimiutiuũ fecit Apitius. hoc genus bulbi aliã a cæteris sortiri naturã videtr. Sclũ. n. crẽscẽte luna decrescit: rursũ decrescẽte crescit.

Ascalonia eiusdé prope uis é cuius cæpa: q̃q̃ minor sit & minus orbicularis. Surgit cæpa uno capite unoq; caule: obsoniis apitianis admodũ celebris.

DE BVLBIS.

Vlbi megarici a M. Catone præcipue laudant̃. Verum nobilissima inter hos habetur squilla: & si magis ad medicinam faciet. Bulboꝝ genera græcis nominibus explicata: odore suauitate: sapore: colore: magnitudine differũt. Omnia tamen feruidæ sũt naturæ: & ob hác ré mouere libidinem dicũt̃. Bulbos innuit Celsus omnia olera capitata: uel quoꝝ radices esui dantur appellari. Nã quũ de qualitatibus ciboꝝ loqueret̃: & ualentissimũ cibum dixiss&: i quo plurimũ alimenti iness&. In media iquit materia numerari eas ex boleribus deber̃: quoꝝ radices uel bulbos assumimus: ac paulo infra. Ex leguminibus inquit ualentior faba: uel lenticula: q̃ pisum. Ex boleribus ualétior rapa napiq;: & omnes bulbi: in quibus cæpam quoq; & aliũ numero: q̃ pastinacha: uel quæ specialiter radicula appellatur. Tanti fecit Pythagoras bulbos megarenses: ut de eorũ natura uolumen composuerit. Scribit Varro bulbos uentrem excitare: & ob hanc rem in nuptiis edendos. Idem sentit & Apitius: sed his addit nucleos pineos: erucæ succum: & piperis uim. Bulbos Martialis salaces uocat: q̃ etiam demortuam uenerem excitent.

DE PORRO.

Orri duo genera sectiuum: & capitatum. Sectiuo Nero Cæsar auctoritaté dedit edens singulis diebus cũ oleo: cõseruádæ uocis gr̃a. Cãtare enim nõ priuate modo: uerum etiam publice: & i scæna gaudebat. Debere etiam porro sé plurimum: quũ bene cãtauit ꝓfessus é. Post sationé desecatur: quo fiat capite crassius.

Laudatissimũ: qđ ĩ ægypto nascitur. Mox hostiẽse & aricinũ ĩ præcio fuere. Porro capitato ad multa corporis vitia Hippocrates usus ẽ. Eius enim succus ꝓfluuiũ sãguinis sistit: cõtra ẽt venenatos morsus cũ mero uel aqua mulsa potusq; plurimũ valere creditur. Sanat & cũ lacte mulieris sumptus veterẽ tussim: ac pulmonis ulcera. Cõmanducatũ contra venena fũgoꝝ valeꝛ putatꝛ: fracturas itẽ alligat: duritiẽ relaxat. Vulnera recẽtia cum sale appositus statim claudit: æbrietates discutit: uenerẽ stimulat: aluũ mollit. Eius tamẽ nimius usus capitis dolores facit: mala somnia ꝓpõit: dẽtes & gigiuas corrũpit: visui noc&. Edeꝛ porrũ post lactucas portulacas: atq; bolera frigida: nõ est insalubre. Periere quidã epoto succo flauidioris porri: vt Melas eques Romanus ĩ carcerẽ coniectus Ti. Cæsaris iussu. DE FOENICVLO.

N hortis holitoriis nascuntur herbæ quædam satiuæ: quarum tum semine: tum caule pro condituɾa obsonio um vtimur: hæ magna ex parte odoriferæ sont. De his vero quemadmodum vel minutal vel edulium conficitur suo loco dicetur. Fœniculum ferulaceum Plinius vocat: ꝙ e ferulis: vt multa alia nascatur: calidam uim hab& & siccam: non tamen simplicem. Admixtam ei austeritatem esse gustus ipse ostendit. Traditum est serpentes: quibus fœniculum gratissimum est: senectutem huius holeris gustatione deponere: & oculorum caliginem: quam longa in subterraneis locis mora contraxere: confricando caput inter ipsas ferulas deponere. Vtimur ergo hoc holere & crudo & cocto nõ sine cã. Bonos. n. humores generat: pectori cõfert: & ĩterclusos vẽaꝝ meatus apit. coctũ cũ ciceꝛ urinã ciet. Pulmõis & iocioris ĩiurias abigit. Valẽt

& eius folia ex aceto trita ac pota aduersus scorpionũ ictus. Præterea contra serpentes oportune semen eius ex mero sumitur. Satum fœniculũ cũ ficu sicca suauiorem esui deprehẽdes: Sunt q eius ferulas superueniente hyeme usq; ad terram abradant: fimoq; bubulo aut humano stercore integant: quo sequẽti anno dulcius fœniculum faciat.

DE CVMINO.

Vminum colũbo gratissimum est: in superficie terræ uix herens nascitur: & in sublime tendit. Putrida amat & calida loca: medio serendum uere. Est & alteꝝ genus syluestre: quod rusticum uocant: alii thebaicũ. Huius tamen ferulæ in æthiopico & aphrico solo miꝝ in modum crescũt. Nascitur & in regione nostri orbis. Calidũ & siccum habetur. Ventris tormina reprimit: vrinam prouocat. Eius nimius usus palorem inducit. Hoc hypocritæ quoꝝ magna copia ob aucupium & ambitionem ubiq; est ad fallendum utũtur.

DE ANESO.

Nesum & crudũ & coctũ a Pythagora inter pauca laudatur. Viride item atq; aridum omnibus quibus cum conditur gratissimum usum præstat. Laudatissimum est creticum: proximum ægyptium. eius usus appetentiam præstat: conditum cum sacchbaro turgidas aluos exonerat. edetur tamen commodius ĩ tertia mensa. Vapores enim caput petentes reprimit. Oris halitum iucundiorem facit: fetoremq; tollit. Ciet vrinam: dolori capitis medetur: neruis prodest: uenerẽ excitat.

DE PAPAVERE.

Apauer qđ græci μάκωνα uocãt & satiuũ: & sponte nascẽs r̃pit̃. huius duo sũ gẽera albũ & nigꝝ: e nigro sopor cõcipit̃. albi caulis tritus: & ex vino potus elefãti/

is medetur:Satiui tria genera:candidũ cuius semen tostum i secũda mẽsa cũ melle apud ueteres dabatur. E nigro inciso fructus exprimitur:quo medici in cu/randis ægrotis utuntur. Est & tertiũ genus : erraticũ uo ãt:ꝙ cum ordeo nascatur. Erucæ hoc quidem simi le. Succũ papaueris medici opion uocant:quo & curas tollũt. Si nimiæ fuerint: & sõnum indigẽtibus faciũt. Hoc eodẽ opio sũpto P. Liciniũ pre orũ uiꝝ:i spania tedio vitæ interẽptũ legi. DE CORIANDRO.

Oriandrum ægyptium vt præcipuũ habetur:inter syluestria nõ inuenitur. Tritũ ac potui datum ma/gnam hab& vim ad refrigerãdos ardores. Nõ ẽ edẽdũ simplex ꝑpter innatã malitiã:sed uel cũ melle:vel cũ vua passa:vel nr̃o more:quod suauius ẽ:ac salubrius aceto præparatũ:ac sacharo involutũ. Hoc i tertia mẽ sa commodius utemur ad reprimendos vapores caput petentes styptica illa in qua plurimum valet. Rẽ mi/rã tradit Xenocrates si vera ẽ:mestrua contineri uno die:si vnũ granum tritũ biberit fœmina:Biduo si du o:& totidẽ diebus:quot grana fuerint. M. Varro cori andro subtrito cũ aceto carnem incorruptamꝗ̃ æstate seruari putat.

DE MENTHA.

Entha suauissimi odoris herba est:hanc fuisse puel/lam a Plutone amatam ferunt poetæ:uersamq; in herbã sui nominis a proserpina cuius pellex erat:hinc præ terea mentulam dictam:quasi donum amoris:uel quasi meritam : uel ꝙ mensa grato odore percurrat. Excitat enim hæc uerba propter inflammationem : & humiditatem demortuam uenerem. Hanc ob rem cre/diderim ueteres exercituum duces uetuisse militem : quem castum uolebant Vnde & castra sunt dicta :

hac herba vesci. Appetētiam inducit mētha: & obesos a marcescentia cōseruat: lætū cor reddit: stomachū iu/uat: lūbricos interficit. Contra morsum canis rabiosi ual& plurimum. Seritur mētha eqnoctio verno: meli/us tamen surculo venit q̃ semine: humido minus gaudet. Aestate vir& hieme flauescit: semel sata diutina ætate durat. Est & mēthastrum syluestre genus: quod vt uitis ꝓpagat᷑.

DE APIO.

Eritur & apiū eo tempore quo mentha. Dictum ē apium: q꞉ apex hoc est caput in achaia uictoꝝ sa/cri certaminis eo coronaret᷑: aut q꞉ eius flores apes li/benter pascuntur. Aiunt Herculem apio: populo: olea/stro in coronis usum. Apii radices ī uenena mirifice agunt: & quia amaꝝ est medicinæ magis q̃ esui conue/nit. Sūt qui hanc herbam ambrosiam uocent.

DE SERPILLO

Erpillum a serpendo dicit᷑ tam apud nos : q̃ apud græcos. In montibus enim eadē ratione: qua sisym/brū lōge ac late scat&. Satiuū minus serpit. Aduersus serpētes efficax est: capitis dolores decoctum in aceto: & illitū tempori mire tollit.

DE PVLEGIO.

Vlegii duo genera satiuū & syluestre. Satiuum ad recreandos animos labore defatigatos plurimum ualet. Maxime: si eius surculi in ampullis uitreis cum aceto detineāt᷑: qua de causa corona uatū ex pullegio magis: q꞉ capitis dolores leuet: q̃ ex rosa fit. Tuet᷑ & capita olfatu: cōtra frigoꝝ æstusq꞉ iniuriam. Neq꞉ eos æstuar᷑: q duos e pulegio surculos īpositos auribus ī so le habeāt legimus. Flos r̄centis īcēsus pulices odor̄ ne car. Syluestri pulegii eadē uis: qđ qdē origano persimi le habetur.

DE CARDIS.

Ardos præcipuos habet Carthago magna: Corduba q;. Veniunt cardi duobus modis autumno plãta. Semine aũt nonas martias: stercorari in locis frigidis amant. Cõduntur ad usum cardi ex aceto & melle diluto laseris addita radice & cumini ne qs dies sine cardo sit. Sũt & cardoꝶ syluestrium duo genera: vnũ fructicosius altero: qđ imo caule crassius est. Vtriq; folia pauca & spinosa: atq; asperis cacuminibus: florẽ purpureum & cito canescentem faciẽtia. Illud satiuũ e sui dat̃. Hoc pp sub austerã mordacitatẽ stomachũ iacentẽ: si nõ auidius sumat̃ erigit & componit. Eius radix ex aqua cocta cupiditatẽ bibẽdi potoribus subministrat. Matrici vtilissimus hic ẽ cibus: hĩc ẽ ꝙ adeo a fœminis appet ntur cardi.

DE SALVIA.

Aluia calida & sicca in multis cõdimentis utimur: nec miꝶ quũ herba salutaris sit. Nã & cõtra paralysim valet: & dẽtibus illita ꝓdest: & serpẽtũ venenosos morsus sedat.

DE OCYMO.

Vod græci ὤκυμον nos quoq; prima lõga ocymũ dicemus. Id ẽ meo indicio: qđ vulgo basilicon vocãt. Vere serit̃: æstate plantat̃: qa melius surculo crescit. Inferius primo deinde superius floret (vt ait Theophrastus: & diu ĩ flore durat. Chrysippus medicus ocymũ vitio dedit: ꝙ obsit stomacho: q; oculos hebet&: q; ĩsaniam facit: q; iecori obsistat: & ido capram hoc genus herbæ nunquam contingere. Præterea si tritũ lapide contegatur scorpiones gigni. Commanducatum: & in sole positum vermes creare: pediculos nutrire. Aphris quoq; putant hoc esse persuasum siqs eo die: quo ocymum sumpserit a scorpione feriatur nõ posse saluari. Veꝶ hæc oĩa usu falsa depreben

duntur. Cum & ocymū capræ edāt nec mēs olfāt: um hominum immutetur: & scorpionū terrestrium: marinorumq; ictibus addito vini acetiq; exiguo medetur. Vsu quoq; compertum est: deficientibus ex aceto odoratum salubre esse. Affirmat Galienus scorpionem odore ocymi mire delectari: & ob hāc rem ad eius caulem libēter accedere. Mediocriter tamen sumendū est propter eius uim nimiam: quæ ex caliditate ꝓuenit.

DE RVTA.

Yemem odit ruta: apricis ac siccis gaudet locis: cinericia terra uult nutriri. Amicitia ei est cum ficu: adeo ut nusq̄ lætior ꝓueniat: q̄ sub hac arbore. Serit̄ surculo melius ī pforatam fabam ocymo difficilius arescit. Durata rūcat̄ nō sine difficultate. Vlcera enim pluritiua: vt urtica manibus indit. Condunt̄ eius folia seruāturq; ad usum fasciculis quibusdā. Ruta ualde hominibus salutarem testatur totantidota medicorū: huius herbæ nomen extollentium: e qbus illud diospoli præclaꝝ: q stomachū excitat: cōcoctionem iuuat aluum mollit: biles extenuat: vitia pectoris lateris iecoris ac renum mitigat. De mithridatico illo præclaro: qđ cū ruta fit satis superius dictū est. Rutæ duo genera satiuæ & agrestis: hac sumpta in cibum mustella cōtra serpētē: quo cum dimicatura est se armat.

DE ERVCA.

Rūca calida est & sicca: & ob eam rē dicta est: quasi vruca: igneæ enim uis est: & crebro in cibum sūpta venerem mirum ī modum excitat. Nascitur eruca facillime æstate & hyeme: præcipue autem frigoris cōtemptrix est. Lactucæ crudæ esui datæ ad temperamētum frigiditatis additur. Sunt q scribant erucam calidam quidem esse: non tamen nimium ignitæ uirtutis.

Radix eius in aqua decocta extrahit ossa : quæ fracta sunt. Semen e uino potum in scorpionum venena ua/let plurimum. In condiendis obsoniis tanta est huius herbæ suauitas: ut ea græci ευζωμον appellauerint.

DE NASTVRCIO.

Asturcium nomen accepit a narium tormento: in/de quoq; uigoris significatio deprehēditur. In ara/bia miræ amplitudinis gigni ducitur. Hoc ut peculia ri cibo persæ illi utebātur: ut ait Xenophon q sub Cyro militarunt. Nasturcii uis ignea est: usum tamē ue nereum videtur inhibere. Nimius eius usus ut erucæ noc&: moderatus prodest: Nā & animum exacuit & al uum purgat: ac bilem detrahit. Valet itē ad plurimos medicinaꝝ usus.

DE THYMBRA.

Hymbra Plinio teste apud nos satureia dicitur: her ba est aromatica: & grauiter spirās: qđ & Virgilius carmine explicat. Et grauiter spirās copia thymbræ. Seritur hæc herba origano æmula mense ianuario. Satureia urinam mou&: & ex uino pota lethargicos in morte dormientes excitat. Cōtra animalia quoq;: quæ aculeis sæuiunt non inutiliter adhibetur. Venerem facit hæc herba: vnde bene a saturitate: in qua libido in/est nomen accepit.

DE NEPITA.

Epitan græci calmiten nostro uulgo dici affirmāt magnæ uirtutis est: ac vehemens in calore: vnde ēt nobilissimis antidotis meruit ascribi. Stomacho enim ac præcordiis utilis habetur: pituitas capitis thoracis q; soluit ac purgat. Iecori medetur: duritiem lienis re/soluit: calculum pellit: urinam ciet. Tam simplex q̄ cū aliis herbis: ad hæc quæ diximus facientibus tunsa cribrata pinsita multum prodest.

DE ANITHO.

Eritur anithum nõ minus coquorũ q̃ medicorũ gr̃a. Huic calida uis ĩesse traditur: nec omnino austera. In se enim hab& aliquam molliendi potestatem: & si græcis auctoribus cr̃dimus: ita nutrit ut athletarũ cibum sine anitho ludorũ magistri esse nullo modo paterentur. Aegrotantibus prodest cum oleo tepefactũ ac cerebro infusum. Creditur etiam dare illis aliquas ex febre indutias. Dolores capitis mitigat: neruorũ tẽsura relaxat: non dormientes ad spem qetis inuitat. Coctũ ĩ aqua cyathis tribus ac potui datum stomachi querellas miro modo releuat. Ructus præterea mou&: qa concoctionem adiuuat. Tornima sedat: aluũ sistit: semen eius feruefactum & admotũ naribus singultu sedat.

DE THYMO

Hymus herba dulcissima est: apibus (vt ait Maro) amicissima: ut Nerme galathea thymo mihi dulcior hyblæ. Sumptum hoc nomẽ a redolentia uidet̃. Florẽ epythimũ hæc herba generat: q collectus ĩ umbra siccatur. Sũt ãt eius duo genera candidũ radice lignosa: ĩ collibus nascens: quod etiam præfertur. Alterũ nigrius florisq; nigri: utrũq; cibo & medicamento conuenit. Est calidæ simul austeræq; uirtutis. Thymus sumptus ĩ cibũ caligĩẽ discutit: lumbricos interimit: urinam ĩpellit: mẽstrua fœminis prouocat: partus emortuos extrahit. Tritus cũ melle & in cibo datus pituitas soluit. Mixtus polente & ĩ uino maceratus coxendicisq; feruens superpositus schiaticis salutaris est.

DE ORIGANO.

Vnt qui græce origanum dictum putent: q̃ uinũ coloret: uerũ si sic esset: origœnum ꝓnuntiari deberet. Facta est in nomine huius herbæ magna mutatio quum ex eradium & œniten græci uocauerint. Est

cax est origanum in medicina magis q̃ in cibo. Nec minus satiuũ q̃ syluestre. Tritum ex vino albo ac potui sũptũ: scorpionum & arachneoꝝ uenenis resistit: cruditates discutit: morsus stomachi ex aqua calida datum lenit.

DE CERIPHOLIO.

Eripholio ignea vis & acerrima inest: tritũ & haustum cũ uino lateres mitigat: ex aqua mulsa pituitam resoluit. Ex aceto lumbricos & tineas perimit: vrinam ciet: mẽstrua pellit. Tritum cũ cera & axũgia parotidas soluit. Est enim parotida morbus similis glãdulis: quæ circa aurem nasci solẽt: vnde & parotida dicitur: q2 iuxta aurem: quam græci ὦτα uocãt nascat̃.

DE AMARACO.

Vod ægyptus & syria sansucum appellauer̃: diocles & sicula gens amaracum uocauit. Narratur in fabulis hunc fuisse pueꝝ regium: qui dum præciosa ferr& unguenta: casuq; prolapsus: fracto uase: uehemẽti illo ac suauissimo odore afflaretur: in odoriferam herbam cõuersus est. Hanc Dioscorides dicit a Romanis persã appellari. Seritur utroq; modo semine & surculo: sed hæc uiuatior & odore melior. Calidus est amaracus & siccus: narium meatus aperit: humores glutinosos a capite deiicit. Tritus ex aceto ac ictu scorpionis superpositus ægroto medetur.

DE ENNVLA.

Nnulæ calida uis & sicca est. Radice eius ĩ quibusdam pulmentis utimur: hieme præsertim: qua salubrior habetur: cor enim mirifice iuuat: pulmonẽ a malis humoribus defendit. Schiaticis & articuloꝝ dolore laborantibus: ac ægritudinibus a frigiditate natis prodest. Eius succus potus fugare lumbricos putatur: & uenenatoꝝ morsus abigere. A ieiuno sumpta dẽtes cõfirmat.

DE SISYMBRIO.

Vnt qui sisymbrium tymbreum appellent. Surgit haec herba pedali altitudine. Quod in irriguis lo/cis nascitur simile nasturcio est. Satiuum & sylue/stre reperitur. Vtrūq; aduersus aculeata animalia: ut crabrones: uespas: & similia efficax est: capitis dolores sedat: uomitus: singultus: ac tormina reprimit. Sto/machi dissolutiones cohib&: siue in cibo sumptū: si/ue in succum potū.

DE MARVBIO.

Arubium est: quod graeci propter amaritudinem πραχιόν vocāt: a quibus & inter primas herbas cō/numeratur: cuius semina foliaq; trita cōtra serpentes prosunt. Pectoris & lateris dolores: tussimue sedant. Castor marubii duo genera tradit: nigrum quod ma/gis probat: & cādidū. Ex utroq; minutatim conciso: & farina subacto: fiūt offellae: quibus ex oleo in patella frictis in prima mensa ad salubritatē uescimur: lum/bricos fugare creduntur: & ob hāc rem pueris appo/ni solent.

DE ABROTANO

Brotanū iucundi odoris ac grauis herba est: dicunt hoc nomen ab Abrotonio foemina i herbam conuer sa sumptum. Flos eius aurei coloris est. Sponte pro/uenit: & cacumine suo se ipsum propagat. Seritur āt semine melius q̄ radice aut surculo. E semine non sine negocio plantaria transferūtur. Laeditur abrotanū ni/mio sole. Verꝝ ubi ex temperie conualuit uitium ritu fructicat.

DE HYSSOPO.

Paca & humida loca amat hyssopus. Sūt qui & hys sopum neutro genere pronunciāt. Haeret & saxis ra dice: ac caule. Gustatu feruens est. In oleo contritum phthiriasi: hoc est morbo pediculari resistit: & capi/tis pruriginem tollit. Optimum ē ciliciū e tauro mō/

te deinde pamphilium. Suptum cum fico:farina mel le:sale:& cumino pectus & stomachum iuuat:simplex omnino contrarium est.

DE PETROSELINO.

Vod græci petrosolinon : nos petrapium possu/mus appellare. Hoc & Columella holus atrum uo/cat. Sunt & tamen qui dicant holus atrum idem esse: quod hyposelinon. Ad macerias seri gaudet:umbra e/nim fouetur. Si non radicitus euellitur:æuo durat:& caules ad usum obsoniorum subministrat. Macedonicũ a gustu suauitate & odore aromatico mirifice lauda/tur. Nam improbatur etiam alexãdrinum:& smirneũ. Aduersatur hæc herba scorpionibus:poto semine tor/minibus intraneis medetur. Idem semen decoctum: & mulso potum difficultates urinæ tollit. Radix eius ĩ uino cocta calculos pellit:lumborum ac lateris dolo/res:cani rabiosi morsibus pota & illita medetur. Est & aliud genus:quod orthoselinon uocatur:hoc surgit re cto fructice:semen hab& cumino simile:menstruis & vrinæ efficax. Addidere quidam oposelinon differens ab aliis generibus breuitate:caule satiuo:& radicis co lore russo:eiusdem tamen uirtutis est:cuius ad ꝓximũ illud genus. Nam & scorpionum ictibus:& morsui ca nis semen huius:quod & holus atrum lic& appellare: ex uino datum occurrit. In mulso decoctum ac potui datum difficultatibus vrinæ medetur. Tormina uen tris:& cæteras intestinorũ querellas eodem modo sa/nat. Radix in uino cocta calculo:lateris:ac lumborum doloribus eadem potione succurrit. Succus algenti pro pinatus exoptatum calorem per membra diffundit.

DE ABSINTHIO.

Bſcinthium ſiccæ ac calidæ virtutis eſt: ob amari/ tudinem eius ſumptum in cibum ualitudinis cau/ ſa: & ſtomachũ ualentiorem facit: & hepatis fibras a/ perit. Febres quoq; longas utpote quartanas minuit. Eſt & abſinthium romanum: quod magis eſui acco/ modatum crediderim. Ex hoc enim conditũ facit Api tius.

LIBER QuARTVS.

CRIBERE Quædam prius neceſſe fuit: ne quũ de obſoniis loqueremur earundẽ uim & naturam explicare longum: & a re ipſa fortaſſe alienum videretur. Dicendum erit deinceps de his herbis & ho leribus: quibus uel cum ſupradictis: uel ſeorſum condi/ tis in prima menſa ſi fructus abſint ueſcimur. Neq; enim conſilium eſſ&: poſt ceraſa pruna ac cætera po/ ma ad quæ appetentia ferimur. Lactucas intybum ac r̃ liquam holerum herbaꝝue conditiuam eſſe. Facillime enim ob frigiditatem & humiditatem tot ſimul diuer ſarum rerum ingeſtaꝝ omnis cõcoctio tolleretur: quo nihil poteſt eſſe hominis pernitioſius. Si ergo poma abfuerint non iniucundum erit: æſtate tamen magis q̃ hieme: & cœna magis q̃ prandio lactucas hoc modo edere.

DE LACTVCIS CONDITIS.

Actucam a lactis ideſt humoris abundantia: uel q; lacte nutrientes fœminas implet dictam putat A/ pulegius. Huius holeris plura ſunt genera. Verum ã/ te omnia lacticaulis: ſeſſilis & criſpa laudantur. Serũ tur toto anno lætis & irriguis: & ſtercoratiſq; locis: legitimum tamen eſt a bruma ſemen iacere. Plantam fauonio tranſferre: aut ſemen fauonio: plantam æqui noctio verno. Albæ imprimis hiemem tolerant. Eſt quidem natura omnibus refrigeratrix: frigidæ enim:

& humidæ habentur:& ob hāc rem æstate ab stoma/
cho fastidium auferunt:cibiq; appetētiam inducunt.
Ferūt diuū Augustū in ægritudine usu lactucæ con/
seruatū. Nec mirꝝ quū & cōcoctioné adiuuet & melio
rem:q̄ cætera olera sanguiné generét. Coctæ ac crudæ
eduntᷣ. Lactucas crudas si lotione nō indigebūt:sic cō
dies. Sūt enim salubriores:q̄ quæ aqua lauātᷣ:in patinā
impones:salem contritum insparges:olei parꝝ:pluscu/
lū aceti infundes:ac statim deuorabis. Sūt q huic con
dito parum mente & petroselini addāt:ne oio insipi/
dū uideatᷣ:neue nimia lactucæ frigiditas stomacho no
ceat. Coctas expressa aqua in patinam indes:sale oleo
& aceto cōditas conuiuis appones. Sūt q huic inspar
gant modicū cynnami uel piperis bene triti & cribra/
ti. Sōnū hic cibus inducit:tussim ex calido humore ge
neratā mitigat:urinā ciet:uenerem retardat:aluū mo
uet. Eius tamen frequens usus maxime uero recentiū
oculoꝝ aciem hebetat. Est & aliud genus lactucæ quā
caprinam uocāt:hac tūsa & i mare deiecta pisces : qui
sūt i proximo statim necātᷣ:idem faciūt & fluuiales.
Serraliā lactucam:& eā quidem agrestem:q appellaue
re a serra:quā in dorso habet dictā putarūt. Hæc for/
tassis endiuia est.

CONDITVRA ENDIVIAE.

Ndiuiā ego inter lactucas cōnumerauerim:q̄uis de
hoc nomine nulla apud ueteres mentio fiat. Satiua
extat & agrestis:& utraq; salubris. Amarior syluestris
iucūdior satiua:& ea maxime:quæ caule surgit crispo.
Cōditur & hæc eodem modo:quo lactuca tam cruda q̄
elixa. Endiuia in cibū sumpta æstuantia præcordia re/
frigerat:hepatis fibras:& uenaꝝ meatus aperit. Ha/
b& hoc peculiare endiuia:q: æstuantia refrigerat:& al
gētia calefacit. Trita hæc herba cum ꝑpria radice ac

ſcorpionum & reliquoꝝ aialiũ:quæ aculeo nocent i/ctui impoſita laboráti ſubuenit. Eiuſdẽ quoq; ſuccus potui datus in eiuſmodi uenena agit.

CONDITVRA BVGLOSSI.

Vam græci bugloſſũ uocát:nos quod idem ſonat linguam bubulam ab aſperitate appellabimus. Ca/lida eſt bugloſſus & humida:tam satiua q̃ ſylueſtris. Sũpta in cibũ quo uis modo:ſãguinẽ purgat:hilarita tẽ inducit:cardiacum pellendo. Cocta ex aqua & mel/le:ulceribus oris:tuſſi & raucedini auxiliũ præſtat. In melãcholiã agit optimi ſãguinis copia. Cõditur & cruda & elixa. Crudã bene lotã atq; expreſſam reticulo ad id apte facto:cũ nepita mentha & petroſelino in pa/tinã indes. Salem & oleũ inſparges:inuolu esq; quo/ad oleum imbibat:& remoleſcat eius aſperitas. Acetũ poſtremo infundes:ac cõuiuis ſtatim appones. Elixa conditur ut lactuca.

CONDITVM Pãdodopum.

It item conditũ pandodopũ ex lactuca:bugloſſo:mẽtha:nepita:fœniculo:petroſelino:ſiſymbrio:origa/no:ceripholio:cicerbita:quã teraxicon:lãceda:quã ar/nagloſſam medici uocãt:morella:fœniculi flore:ac ple rſiq; aliis odoriferis herbis:bene lotis:expreſſiſq; pa tinã amplã requirũt:ſale multo inſpargi:atq; oleo in/ungi debẽt:aceto deinde ſuperfuſo ubi paululum re/ſederit:eaꝝ ſyluatica durities comedenda:ac bene den/tibus cõterenda ſunt. Hoc cõditũ pluſculũ olei & mi/nus aceti requirit. Hieme magis q̃ æſtate conuenit:qa plus concoctionis:quæ hieme valida eſt requirit.

CONDITVRA PORTVLACAE.

It bene lota portulaca:ſecretaq; a præduro caule in patinã repoſita:cũ cæpa minutatim cõciſa ſale:o/leo:aceto condiatur. Sũt q ad cõprimẽdã frigiditatem

portulacæ piper tritũ: aut cynnamũ inspargant. Portulaca enim: quã popli in lic& appellare frigida ẽ & humida: & ob hãc rẽ non multũ nutrire existimat̃. Nimios tamen stomachi renũ ac uesicæ ardores extinguer̃ putat̃. Plurimus eius usus oculos hebetat: venerẽ inhibet venerisq; somnia. Mãducata item cũ polẽta: intestinorũ uomiciones sistit: aluũ refrigerat: laborantes podacra calida sanat. Eius radix suspẽsa filo gestata ad collum: uuæ morbũ expellit. Quod accidisse prætorio viro scribit Plinius. Recẽs postremo mastica stuporem dentiũ ex esu acerboꝝ fructuũ cõtractũ diminuit ac tollit.

ROSMARINI CONDITVRA.

Vi lautius ac salubrius esse consueuerint: e floribus rosmarini conditurã faciũt. Huius fructicis duo sũt genera: alteꝝ sterile: satiuũ alterũ: & cui caulis flos ac semen resinaceum inest. Folia odorem thuris præseferunt. Eius radix uiridis adhuc uulneribus ĩposita corpora sanat. Succus fructicis & radicis regium morbum pellit. Oculoꝝ aciem exacuit. Semen ad uellenda pectoris uitia potui datur. Flores eius mane collecti: ac illoti omnino ne uim amittant: cum sale bene trito oleo & aceto conditi ad uoluptatẽ & salubritatẽ faciunt. Nam & stomachum concalefaciunt: & reumatismos tollunt: & asmaticis prosunt.

DE CONDITVRA MALVAE.

Irabuntur fortasse qui naturam maluæ ignorant: me hanc herbam inter edulia posuisse. Sed desinãt mirari: & q̃tis laudibus extollenda sit animaduertant. Maluæ duo genera satiua & syluestris: & utraq; laudanda: quæ altea dicitur: ꝙ alte surgat: amplitudine folii discernantur. Satiua minor. Hanc græci a molliendo uentre uocauere.

Omne solũ ĩ quo seritur malua pinguescit. Val& hæc herba cõtra õs aculeatos ictus: præcipue uero scorpionũ: uespaꝝ: apũ: muris: arachnei. Quin & trita cũ oleo cutiq; extensa: hominẽ ab iniuria taliũ bestiolaꝝ defẽdit. Cruda illita uulneri aculeos õs extrahit. Ferũt hominem oibus morbis carituꝝ: si qualib& die ex succo maluæ aliqd sorbeat. Val& itẽ hic succus q̃q̃ stomacho aliq̃tulũ inutilis cõtra bilẽ atrã: & eã maxime: quæ iã ad insaniã ducit. Elixatur tenellæ maluæ caulis ablata cima: & ĩ patinã more aspagi positus cũ sale oleo & aceto comedit᷑. Condiũt᷑ & eodẽ modo flores. Nec insalubre hoc genus cõdituræ habet᷑: quũ & calculosis: & ĩflationi: & torminibus: & sacris ignibus medet᷑.

DE CONDITVRA INTYBI.

Ntyba impatiẽtiora frigoris habẽtur: caule foliis ac radice optima ad restaurãdũ fastiditum palatũ sũt. Est & erraticum: quod ægyptii cycoriũ nostri ambulam uocant: syluestre hoc quidem habetur. Vere caules: æstate folia: hieme radices bene lotas & excauatas propter duriciẽ & amaritudinẽ: cũ sale oleo & aceto salubriter edimus. Nã & stomachũ cõcalefactum & dissolutũ astringũt ac refrigerãt: aluũ sistunt: dysentericis ꝓsunt. Coctũ intybum uenerem soluit: iocinori: renibus ac stomacho prodest: maxime ãt si cũ aceto: cũ passulis decocto comederis: aut aliqd defruti patinæ indideris: cynnamiq; triti q̃tũ uis modicũ insperseris. Cycoriũ quidã ob singularẽ salubritatẽ chreston appellarunt. Quidam uero pancration: quod omnia bona complectatur. Huius usus & uesicam adiuuat & geniturani effluentem morbo ualitudinis sistit: & uenenis ac peste laborantibus prodest. Ad hepar tamen refrigerandum ante omnia natum uidetur.

Eius flores nequaq̃ a caule degenerantes: eodem modo condiantur quo & supradicti. Sunt qui & intybus ut Cornelius celsus mas. genere pronuncient.

DE CONDITVRA SAXIFRAGIAE.

Ppellatam saxifragiã Apuleius asserit: q lapillos ĩ vesica frãgat atq; cõminuat. Eius radix petroselino assimilis est: quæ ablata lota atq; in frustra concisa cũ sale oleo & aceto comesa: ob eius caliditatẽ & siccitatem lapidem: (ut diximus) frãgit. Renes & uesicã purgat: concoquitur tarde propter siccitatẽ: quæ cõcoctioni cõtraria est: quã cõtra humidũ & calidũ adiuuat.

DE CONDITVRA PIMPINELLAE.

Impinellæ: quæ & bibnella græce dicitur vis calida & sicca inest. Ob hãc rẽ tarde cõcoqr̃: voluptatẽ edẽtibus affert. Collecta ac lota ĩ patinã: ac suomet caule si tenera ẽ reponi deb&: sale oleo & aceto condiri: si p̃ dura fuerit folia tãtũ sumãt̃. Aperit hic cibus iocinoris fibras: vrinã ꝓuocat: ac lapides: ut saxifragia: non tamẽ adeo cõminuit.

DE CONDITVRA ACETOSAE.

Cetosa ab acore nomen trahens in quatuor genera diuiditur: duobus in cibis non uescimur: lapacio scilic& & rumicæ. Alia duo ĩ conditurã ueniunt: quoꝝ alteꝝ: quod oxylapaciũ vocari potest: arenosa & lapidosa amat loca. Folia hab& acutiora: & similitudinẽ unguis ex pollice imitantia: crescẽdo ĩ sole ac caule ĩ folia quasdã fibras ducit. Hæc herba mea vernacula salma: q salis imitet̃ saporẽ vocat̃: alteꝝ: qd̃ hypolapaci um dicit̃ ĩ fœcũdioribus oritur locis: similitudinem hoc hab& cum tripholio. Hæc vulgo acetosella dicit̃. Habẽt hæc duo genera acetosæ frigiditatem & austeritatem in se: humores generant nequaq̃ improbã

dos. Fastidiũ tollũt: appetentiam inducunt: sitim exti-
gunt: uim cordis corroborant: aluũ fluentē sistũt: cho-
leram reprimunt. Pota eaꝝ decoctio scabiem & pruri-
tum extinguit. Sunt q acetosã illotam etiã statim pri-
ma mensa cum pane sine ullo condimento comedant
quod ego persæpe facio Eminæ nostri cõsilio. Addũt
quidam acetũ: nonnulli oleum: quo uis modo come-
deris salubris est: æstate præsertim & pestilenti cælo.
Hac herba medici in multis pharmaciis præcipue ue-
ro in potionibus utuntur.

DE ASPRAAGO CONDITO.

Sparagi duo genera hortense & agreste. Incultum gratius est: quod alii chorudam: alii libycon appel-
lant. Asparagũ dictũ ꝙ in locis asperis nascatur asse-
rit Varro. Sunt qui dicãt ligua caldea caulem aspara-
gum uocari. Hæc enim herba semper in caulem cre-
scit. Elixi asparagi in patinã extendũt: sal oleum & a
cetũ infertur. Sũt qui eos aromatibus conspergãt. In
prima mẽsa comesi inflationes stomachi discutiunt: o-
culis dilucíditatem afferũt: aluũ leniter molliũt. Pecto-
ris & spinæ doloribus: intestinoꝝq; vitiis prosũt. Sunt
q eos addito vino coquãt: qđ eo modo efficatiores sít.
Eius usus si minus fuerit nõ paꝝ iterdũ noc&: quũ v
rinã citã emittat: vesicãq;: qđ pnitiosũ ẽ exulcerat. Ra
dix asparagi trita: & in uino albo pota calculos fugat.
Quidã uero succũ eius ex vino datũ cõtra uenena uti-
lem crđidere.

DE CONDITVRA LVPVLORVM

Vpuli quoꝝ uis calida est & humida in sæpibus ac maceriis nascuntur: quos ego aut a colore lupino:
aut ab asperitate sic appellatos puto. Asperrimi enim
sunt: & colorem lupi caule: & foliis imitantur. Coquũ
tur hi & cõdiũt eo modo quo & asparagi. Frigi quoq;

in oleo & liquamine non incommode possunt: sed sa/lubres sũt. Elixi & si parum nutriunt sanguinem tamen purgant: hepatis fibras aperiunt: urinam cient: bonum & uiuidum colorem inducunt.

DE CONDITVRA CAPPARIS.

Apparis siccis in locis seritur: area circunqua/q; effossa: structis undiq; aut natura ripis: aut artificio lapidum ne luxuriari permittatur. Fructice surgit firmiore: vnde una cum semine caulis plerunq; decerpitur. Eius genera & maxime peregrina: (vt ait Plinius) fugienda sunt. Nam & arabicum pesti/lens est: & apulum vomitus facit: stomachum & aluũ uiolenter mouet. Vey nunc: (ut mihi uidetur) muta/ta natura est. In precio enim peregrinus est: & maxĩe ægyptiacus: nec improbatur apulus. Capparis fructicẽ cynosbaton quidam: nosbatum alii: nonnulli staphy/len vocarunt. Siccam & calidam uim præsefert. Neq; paralysi periclitari eos ferunt: qui cappari quotidie u tuntur: non lienis doloribus: nõ hepate quum fibras vitalium & præcordioy aperiat: humoresq; glutino/sos: ac melancholicos imprimis a splene abigat: vrinã ciet: lumbricos interficit: venerem excitat: ac contra venenum tyriacæ uim optinet. Conditur autem hoc modo. Indes in cacabum aquæ non feruentis; sed apprime calidæ: vbi tam diu sines: donec abundantem salsedinẽ dimiserit. Transferto inde in aquam r̃centem: inq; eã tam diu sinito quoad refrigescat. Inde postremo auferens exprẽssum in patinam r̃pones: infundesq; oleum & acetum non multum. Sunt qui menthma huic edulio addant: nec incongrue id quidem: quum & ad uoluptatem & ualitudinem faciat.

DE CARIOTA & PASTINACA.

Astinacæ: cuius uis omnis in radice & semine est: duo sunt genera: & quod sponte uenit: & quod seritur. Primo uere uel autumno solo q̄ altissime refosso. Annicula utilis esse incipit bruma utilior: gratior autumno. Pastinacam albam esse: cariotam uero rubeam: vel sub nigram asserunt medici. Hæc melior i horto: ac maxime in viterbiano solo: illa felicior syluestri terreno nascitur. Ambæ sunt difficilis concoctionis: pauci & grossi alimenti. Bis elixanda est pastinaca: prima decoctio abicitur: secundo cum lactuca incoquitr̄. Inde in patinam translata cum sale: aceto: coriandro: pipere condita: esui percommode datur. Nā & tussim & pleuresim: & hydropisim sedat: ac uenerem excitat. Frugi etiam excauata post primam concoctionem: in oleo & liquamine farina inuoluta solet. Conditur & cariota eo modo: quo & pastinaca: sed suauior habetur quæ sub calido cinere & carbonibus coquitur. Subtracta ubi paulum refrixerit: depilanda est: & omnino abstergendus cinis: tessellatim concidēda: in patinaq; trās/ferenda: addendus sal: irrorandū oleum atq; acetum: ex defruto uel sapa nonnihil addendum: inspargendo aromata dulcia. Hoc nihil esui suauius. Duabus in rebus homini prodest: Nam & bilem reprimit: & urinam ciet. In reliquis uero ut hepati: stomacho: ac spleni ad/uersatur.

DE CONDITVRA CAEPARVM.

Oquitur & cæpa sub cinere & carbonibus tam diu donec omne crudum exhalauerit: vbi refrixerit mi/nutatim concisa patinæ inditur sale oleo defruto: uel sapa inuoluitur. Sunt qui & cæpæ piper aut cynnamū inspargant.

DE CONDITVRA PORRI.

Lixatur porrũ: aut sub cinere coq̃t patinæq; diitũ ad sedandam ueterem tussim cum modico sale a plusculo melle ĩ prima mensa comeditur. Condiunt̃ & hæc quæ antea commemoraui aliis modis: de quibus ubi ordo mésa℞ requir& dicetur.

PATINA EX CAPITIBVS ET INTRANEIS CAPONVM ET GALLINARVM.

Allina℞ atq; auium iocuscula: pulmones: pedes: capita: & colla bene lauabis: lota: & elixa: in patinam sine iure transferes. Indes acetũ: menthã: petrosolinon: ispargesq; piper aut cynnamum: ac statim conuiuis appones.

PATINA DE LINGVIS AVT LVCANICIS.

Oquantur in aqua linguæ salitæ: coctas tessellati concides: ac in patinam indes: addesq; de petroselino: mentha: saluia: & aromatibus quantum sat erit: ultimo infundatur acetum. Idem fiet de lucanicis maioribus: hyeme tamen magis q̃ æstate: plus enim concoctionis: quæ melior hyeme q̃ æstate fit huiuscemodi cibus requirit.

DE CARNIVM DIFFERENTIA & QVO TEMPORE Quæq; coquẽda edẽdaue.

Ed iam tempus ẽ trãsire ad mésam: quã ego secundam: & potioré appello. Ib enim de carnibus agit̃: quæ melius ac salubrius: q̃ qđ uis aliud eduliũ nutriunt. Ve℞ quũ uaria sit animãtia tam terrestria q̃ uolatilia: quæ hominẽ nutriũt: varias quoq; inesse qualitates necesse est. Nec in sexum minus & ætatẽ & partes eorum: q̃ in specie differentia cadit. Meliores siquidem gallinæ q̃ galli: rursum si necessitas cogit capræ q̃ hirci castrati: mares q̃ fœminæ: iuniores q̃ ueteli. Fallit in porcis: qui semestres uel anniculi esui meliores habẽtur: ueruecei q̃ agni. Enutrita ĩ montibus q̃

in planitie aut palustribus locis. Depasta glandem: castaneam: triticum: hordeum: fabam: pannicũ: millium: q̃ uel furfures: vel herbam: ut in porcis: ac gallinis gustu deprehẽdimus. Laudabiliora sũt item quæ media inter macilẽtiam & nimiam obesitatem sũt: q̃ quæ aut præpinguia: aut macra nimis habẽtur. Pinguia enim appetentiam remouẽt: concoctionem disturbãt: ac stomachum laxant. Hãc ob rẽ ex obesa carne macrã: rursũ ex macra pinguẽ tutius comedemus. Præterea ut hyeme calidis: ita æstate frigidis uescemur: ut hedulo: pullastra: acidis ac frigidis æstate: hyeme pipionibus: calidis & siccis: autmno cõturnicibus ficedulis: vere auiculis e nido posteaq̃ pennas emiserint sublatis: hieme item turdis ac merulis. Est itẽ in coctura magna differentia. Piguior caro melior assa q̃ elixa est. Rursũ strigosa uel macra: melior elixa q̃ assa: quæ medium ten& quouis modo apte coquetur. Magis etiam nutrit assũ &si difficilius cõcoquitur q̃ elixum: rursum iurulentũ: q̃ frictum. Verum ne in his diutius q̃ satis est cõmoremur ad explicandam uim & naturam animalium: q bus tum ad necessitatem: tũ ad luxum & lauticiem humana consuetudo uescitur transeamus.

DE BOVE.

Ouem: cuius appellatione tauꝝ & uaccam ac vitulos uoco: magno usui esse mortalibus nemo est qui ambigat. A ratione: uectura: lacte: caseo: corio ad calceoꝝ usum. Hinc est ꝙ apud ueteres tam capitalis habebatur qui bouem sine causa q̃ qui hominem occidisset. Quosdam etiam apud Romanos in exilium actos legimus: ꝙ bouem tãq̃ colonum interfecissent. Coluerũ quoq; ægyptii peculiariter numinis uice bouem: quẽ Apim uocabãt: summum apud illam gentem deum:

ꝙ hoc animal ob eius usum & innocentiam honore di
uino dignum uideret̃. Init fœminã taurus uno ictu:
quæ mẽse decimo parit uel gregi uel vsui hominum.
Lactẽtes adhuc uitulos appellamus: hos lanii ad cultũ
emunt. Occiduntur & boues nonnũq̃ ac vaccæ: hæ dũ
sterilescũt: illi dum aratrũ & plaustrũ renuũt. Caro bu/
bula frigidæ ac siccæ naturæ est: difficillime & coquit̃
& cõcoquitur: crassum turbidũ ac melãcholicũ præstat
alimentum. Ad quartanas scabiẽ & leprã hominẽ im/
pellit. At uitulina tutius comeditur temperati enim a
limenti fere existit: hãc itaq; nõ iniuria mensæ nobi/
lium crebro repetũt.

DE OVE AGNO ET VERVECE.

Vis agno: ueruece: lana: pelle: lacte: caseo: stercore:
hominibus usui est. Ariete vt marito ad propa/
gãdum genus utitur: Qui quo senior est eo melior
ad ineundas oues habetur. Agnas fastidit: uetulas se/
ctatur. Fert uentrẽ ouis quinos menses: mares deinde
uel fœmellas parit. Fœmellas in spem gregis si uolet
retineat pastor. Ex maribus arietem gregis maritũ de/
ligat: reliquos dũ adhuc lactẽt laniis uendat. Quos in
numeꝝ uerueçũ referri uolũt: eosdem non minores qn/
q; mẽsiũ castrare oportet. Hoꝝ caro salubris est: & a/
gnina melior. Calida eĩm & humida habetur ad tem/
peramentũ tẽdẽs. illa vero plus humiditatis q̃ calidita
tis hab&. Ouem arietẽ dentibus ne attingas: nõ mo/
do enim eius caro nõ ꝓdest: ueꝝ ẽt uehementer obest.

DE CAPRA ET HEDO.

Apra hedo lacte q̃ salubri: caseo: pelle in castroꝝ usũ
hominẽ iuuat. Vnde & hiemẽ cõtinuar̃ sub pellibus
maiores dicebãt̃. His ẽt nautæ utebant̃: uillis enim a
quam pluuiã reiiciunt. Cinyphæ capellæ olim in præ/

cio erãt:qa maiores mẽſe qnto pariũt. In qbuſdam la
ctis magna ubertas. Ex his hedi lactẽtes eiui ſunt op/
timi. Capellas auribus ſpirare non naribus: nec unq̃
febre carere: Archelaus auctor eſt. Ideoq; fortaſſis aĩa
his:q̃ ouibus ardentior. Hãc ẽt ob rẽ in cõcubitus cali
diores traduntˀ. Noctu ẽt nõ minus q̃ die cernere cre/
duntur. Depẽdet oĩum mẽto villus:quẽ aruncũ uocãt.
Hoc ſiquis unam ex grege trahat cæteræ ſtuprentes ĩ/
tuẽtur. Morſus eaꝝ arbori exitialis:oliuã lambẽdo ſte/
rilem quoq; faciunt:eaq; ex cauſa Mineruæ immolãtˀ.
Capellæ atq; hirci fetidi carnem ne deguſtato. Hedinã
qua nulla inter domeſtica animalia potior habetur e/
dito. Paꝝ enim recremeti in ſe hab&:facillime:concoq
tur:bene alit:ſanguinẽ bonũ generat:calido & frigi/
do cõtempatum. Hic cibus conuenit laute uiuẽtibus:
vt Auguſto & Phoſphoro:Lucretio nõ itẽ:q pythago
reoꝝ pietatẽ laudat:& rẽ ruſticã ſectaturˀ.

DE CERVO.

Eruus:quem ἀπο τῶν κεράτῶν dictum putant la/
tratus ac morſus canum perhorreſcens ad homi/
nem confugit. Minus item fugiũt humana ueſtigia:
q̃ ferina. Conceptusꝰ fœmellaꝝ eſt poſt arcturi ſydus.
Octonis menſibus partum ferunt. Gemellos interdũ
edunt. Simplex nimiꝝ animal eſt:ac reꝝ omnium mi
raculo ſtupẽs:ſagittas enim & arcum uenenãtis cum
admiratione intuentur. Tranſnatant flumina q̃ntũ
uis lata ac maria cerui gregatim capita clunibus præ
cedẽtiũ imponentes:uicemq; reddentes:donec olfatu
terram:quam nuſq̃ vident adiere. Soli mares cornua
habent:quibus uſq; ad annos ſex ſingulos ramos adi/
iciunt. Mutatur aliquando his color in candidũ:qua/
lem fuiſſe Qu. Sertorii ceruam tradũt:quam eſſe fa/

tidicam hispaniæ gentibus imperator nobilissimus p/
suaserat. Habent hæc animalia cum serpentibus pu/
gnam: eosq; e cauernis spiritu narium extrahunt: ac
pedibus conterũt. Ideo cerui cornua in abigendis ser/
pentibus singulare remediũ habentur. Viuere ceruos
post centum annos ex aliquibus captis cum torquis
& quidem aureis ac cute propter obesitatem opertis:
quos Alexander magnus indiderat deprehẽsum est.
Febrium morbos non sentit hoc animal: hanc ob rem
quidam principes omnibus matutinis diebus ex hac
carne degustare soliti: lõgo æuo febribus caruere. Ceruina
uero bubulæ fere assimilis est. Tarde enim concoquitur: paꝝ alit: ac bilem atram auget. Esui tamen æstate: præcipue uero mẽse augusto q̃ hieme suauior ẽ.
Hãc nõ edat noster Brutus & Cælius: ne oĩo melancholia obruantur.

DE VRSIS.

Nitio hiemis ursa concipit: nec uulgari quadrupedũ more: sed cubante secum mare compressiq;. Trigesimo die parit carnis frustrum: unde ungues tantũ prominent. Hoc lambendo paulatim figurat. Hyeme quaternis mẽsibus latent. Primis diebus bis septenis tam graui somno premũtur: ut uulneribus vix excitentur. Tunc enim mirum ĩ modum ueterno pigrescũt. Illi adipes medicaminibus sunt apti: contraq; defluuium capilli tenaces. Post hos dies prioꝝ pedum suctu uiuunt. Credit Theophrastus eodem quoq; tempore coctas vrsorum carnes si asseruentur increscere. Inualidissimum urso caput: quod cõtra leoni fortissimum est. Tauros supra cætera animalia infestat. Capitur laqueis & falcibus. Eius caro tarde concoquitur: spleni atq; hepati obest. Multa recrementa generat: appetentiam tollit: ac fastidio edentes afficit.

DE DAMIS.

Ama: quam etiã græci dorcada uocant: capreæ genus est: raro mansa fieri potest. Cum capreolis fere in qualitatibus conuenit. Bonum nanq; alimentum eius caro uescentibus præstat. Modici recrementi est: sãguinem tamen ad atram bilem quoquo modo tendentem efficit. DE LEPORIBVS & Cuniculis.

Vi leporẽ a leuitate pedũ sũpsisse nomẽ dixerũt falluntʳ: v ait Varro: q; antiquũ sit vocabulum & græcum. Leporum duo sunt genera: maius & minus. Maius id est: quod in alpibus: i collibus: in planitie sub dio viuit: quodq; voluptatem venandi hominibus præstat. Minus: quod sub terra in cuniculis. vnde nomen accepit vitam magna ex parte ducit. Hoc capi nisi superne eiectum non potest. Alpini leporibus & quidem magnis: pro cibatu hyeme uescuntur. Cuniculis adeo baleares insulæ exundauerũ: vt certũ sit balearicos ipsos contra innumeram eoꝝ turbam ab Augusto militare auxilium petiisse. Cuniculi caro melius ac facilius alit q̃ leporina: quæ quidem frigidæ ac siccæ naturæ est: & ob eam rem bilem atram facit.

.DE HYSTRICE ET ERICIO.

N india & aphrica hystrix peculiariter generatur. Ericio uel vt ait Plinius erinaceo similis spinis tergus hispidum hab&: quas tensa cute plerunq; laxatas voluntaria iaculatione ĩ ora canum vrgentium iacit. Lat& vt vrsus quatuor hibernis mẽsibus. Huius caro vt erinacea lic& non admodum inter esculenta comedatur. Stomachum tamẽ adiuuat: aluum soluit: leprã: ac scabiem diminuit. Salitam hydropisim mitigat: mĩgentes in lecto: quo minus id faciant adiuuat. Sunt qui & taxos & glires cœnis addant: quæ animalia in q̃/

litatibus: hystrici haut multum dissimilia sũt. De gli/
re hoc annotatum est: non congregari nisi plures in
eadem sylua. Et si misceantur alienigenæ dimicando
aut uincere: aut interire. Genitores præterea suos se/
necta fessos insigni pietate alunt. Hyberna quiete gau
dent. Reconditi enim & hi cubant. Rursum æstate iu/
uenescunt. Similis & mustelis quies.

LIBER. V.

DE AVIBVS ESCVLENTIS.

VI pauones & aues esculentas ad patinas trãs
tulere: illi quidem nequaq̃ mihi dissipere uisi
sunt: quum ex his obsonia fiant cæteris sua/
uiora: & regum ac principum mensis q̃ hu/
milium: & minimi census hominum magis conue/
nientia. Caueant igitur plebei & populares: & quibus
(vt ait Satyrus) res legi non sufficit tale aliquid deli/
guant ne dum comedant. Lautorum hæc erunt obso/
nia: & eorum maxime: quos non uirtus & industria:
sed fortuna atq; hominum temeritas ex infima sorte:
vtpote e ganeis e stabulis e popina non ad diuitias:
quđ esset ferendum: sed ad summos dignitatis gradus
erexere. Hi sunt quorum gratia pauones ac phasiani
nati aut capti uidentur. His præciosa vestis: præciosa
suppellex: & quicquid præclarum natura extulit debet̃.
Cæpam & alium mecum deuor& Pomponius: Adsit
Septimius: & Septumuleius Campanus: Nec extra tri
clium pernoctet Cosmicus: Hunc sequatur Partheni/
us: & Podagrosus Scaurus: Fabium Narniensem: An
toniũ ruffũ & Mœcenatẽ nõ reiicio: q pauptatẽ spõte
ãplectũtur. Et ne mihi succenseat Cincinnatus: hunc
quoq; Demetrius ad cœnam holitoriam voc&: quan/
doquidem ita fortunæ plac&: quæ relictis industriis

ignauiæ fau&.

DE PAVONE.

Eniat ante omnes aues ad patinam pauo: & quã/do viuus gloria delectatur: mortuus quoq; eiusdem sit particeps. Quđ gloria capiatur pauo ex hoc depre/hẽdimus. Laudatus enim gemmatas alas ex aduerso sole: quo melius uideatur cum iactatione expandit. I/dem ãnuis uicibus cauda amissa donec subcrescit pu/dibundus quærit latebras. Viuit annis quinq; ac ui/ginti. Colores incipit in trimatu fundere: ab auctori/bus non gloriosum modo hoc animal traditur: vetum etiam maleuolum. Pauonem primus orator Horten/sius occidit in sacerdotii cœna. Saginare eos M. Au/fidius Lurco primus instituit: ex eoq; quæstus prouẽ/tus suos mirum in modum auxit. Sunt qui velint pa/uonis carnem crassi & modici alimenti: ac difficilis concoctionis esse: melancholiamq; augere. Eiusdemq; naturæ strutii caro habetur: quem aphrica peculiariter nutrit.

DE ANSERE ET ANATE.

NSerem tam syluestrem q̃ domesticum canẽ vigi/lantiorẽ esse testata est capitolii gallorũ tẽpore acer/rima per M. Malliũ e langore excitum defẽsio. Hãc ob rem cibaria anserum Censores imprimis locabant. An/ser mortalibus pluribus in rebus vsui est. Custodia de qua diximus: plumma qua quibusdam in locis bis in ã/no uulsa culcitras facimus: vt delicatorum ceruices mollius recumbant. Carne quam & recentem & sali/tam comedimus: adipe quo plura cibaria condiunt̃. Iecore in quo maxime excellit: si lac prius uel mulsam imbiberit. Messallinus Cocta Messalæ oratoris filius pedes anserinos tostos & depilatos etiam cum cristis gallinaceis in patinam addebat: quasi rem inter obso

nia præclaram. Ego uero hanc autem atq; quas Columella ἀμφίβιους: hoc est terra & aqua victum quærentes vocat: mali nutrimenti crediderim esse. Tutius enim ex alis & pectore vescemur. Non multum ab his differunt anates. Quæ pectore tantum: (vt Martialis affirmat) & ceruice val& cætera redde coquo. Anatis caro anserina calidiorem vim hab&.

DE GRVE.

B mari eoo ad nos veniunt grues: lõga quidem peregrinatione: ducem quem sequantur deligunt. Habent & in extremo agmine qui gregem uoce contineant. Excubias noctu faciunt lapillum elato altero pede continentes: vt relaxatus ob somnum: ac decidens negligentiam custodis coarguat. Cæteræ dormiunt capite subter alam cõdito: alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo: ac prædicit. Ad nos uenientes indutias tantisper pygmaeis: quibus cum dimicare consueuerunt relinquunt. Captæ vel pedica uel retibus ad mensas transferũt. Ex his cibaria quo vis modo cocta tarde coquuntur: atram bilem augent: & recrementi in se q̃ alimenti plus habent.

DE CICONIIS.

Iconiam in cibariis: gruibus anteferendam: Cornelius nepos: qui diui Augusti principatu obiit affirmat: quam pauci nunc velint tangere ne dum esse: ob pastum credo: quem e serpentibus & luridis bestiolis colligunt. Vnde veniant ciconiæ & quo se transferant incertum est: e lõginquo venire nulli dubium: & eo quo grues modo. Sed hæ vere: illæ hyeme sunt aduenæ Abit uræ congregantur in loco certo: ita gregatim: ut nulla sui generis relinquatur: nisi captiua & serua. Prædicta die discedunt ita occulte: ut nemo videat di-

scedentium agmen: quum tamen discessuras appareat nec uenire prius q̃ uenisse cernimus. Vtrunq; fit no/cturnis temporibus. Locus in asia est phytonosconiã uocant patentibus campis: vbi congregatæ inter se cõmurmurant: edemq; nouissima venit lacerant. Sunt q ciconiis non inesse linguam affirment: ob serpentum exitium: tantus his honos habetur: vt apud thessalos capitale sit ciconiam occidisse. Huius auis caro eadem fere quæ gruis est.

DE OLORIBVS.

Ygnus græcum est nomen olore frequentatius: cõmeant ac remeant simili ratione olores qua anse/res: & hoꝶ uolatus cernitur. Lyburnicaꝶ more rostrato impetu feruntur facilius ita scindentes aera q̃ si recta fronte impellerent. Colla imponunt præcedentibus fessos duces ad terga recipiunt. Fabulose narratur cygnos propriam mortem flebili cãtu prædicere. Ad pa/tinas ueniunt eadem fere ratione: qua anseres.

DE HIRVNDINE.

Irundo quæ græce Χελιδών dicitur a nobis hyber/nis mensibus ad aphros aduolat: vere redit. Ex his auibus quæ aduncos ungues non habent sola bestiolis quibusdam uolando uescitur. Thebaꝶ tecta subire negantur: quoniam urbs illa sæpius capta sit. Nec atria introeunt propter scelera Terei regis. Cecinna eque/stris ordinis vir comprehẽsas in urbe secum ferens victoriæ nuncias amicis mittebat: in eundem nidum re/meantes cum uictoriæ colore. Scripsisse fabium pictorem in annalibus suis ferunt: quum obsideretur præ/sidium Romanum a Lyguribus hirundinum pedi/bus epistolam allatam lineo reuinctam significantem quo die aduentante auxilio eruptio fieri deber&. Tan/

tæ celeritatis in uolatũ hirundo est: ut cæterarum ali tũ minus obnoxia sit.

DE MERVLIS TVRDIS. ET STVRNIS.

Beunt merulæ turdi similiter ac sturni : sed in uicina loca. Occultantur hæc animalia sæpibus ibiq; hyberno tempore pabulum quærunt. In germania hyeme turdi maxime : æstate in nostris montanis locis : autumno in plano & collibus inueniuntur. Hyeme præterea loca maritima : & iuniperis ac myrtis abundantia etiam apud nos frequentant. Merularum caro tarde concoquitur : pauci alimenti est : & melã choliam auget. Turdi uero hyeme præsertim bene: ac multum alunt: pauci recrementi sunt : ab his solũ cauendum est: ubi lapsanum : quod græci κόνιον nostri napellum uocãt comedũt. Sturni: quos uulgo diabolicam carnem habere dicimus omnino ab obsoniis lautorum reiiciantur. hos comedat Vacerra noster: qui massũpio magis q̃ uitæ consultum uult. Sturnorum hoc proprium est cateruatim uolare: & quodam pilæ orbe circum agi omnibus in medium agmen tendẽtibus.

DE TVRTVRE.

Ere turtur ocultatur : pennasq; amittit: loca sabulosa libenter frequentat; capitur rete: saginatur. In cibum sumpta aluum astringit : & ob hanc rem dysentericis datur. Aiunt turturem fœmellam amisso marito arborem uiridem nõ attingere uolatu.

DE GALLINIS.

Allina hominibus ouo: pullastra: capo: gallo : usui est: siue illa sit magna: quales patauinæ siue ex pumillionũ genere. Galli gallinacei: qui salacissimi sũt ꝑlis magis q̃ gulæ r̃seruantur. Prosunt autem non

hac in re tantum humano generi: verum etiam in ex/
citandis ad opera diurna socordibus. Horas noctis cã
tu distinguit: diem uenientem denunciant: gregem gal
linaꝶ diligentissime custodiunt. Armatus ungue adun
co & rostro vicini gallum a grege abigit: cui palma cõ
tigit statim in uictoria canit: seq; ipsum principem te
statur: victus occultatur silens. Hoc genus auium so
lum crebro cælum aspicit: prædicitq; cantu serenitatẽ
ac futuram pluuiam. Castrantur galli dum adhuc te/
nelli sunt duobus modis. Lumbis adustis candente
ferro: aut genitalibus euulsis: quo facto statim pin
guescunt. Affirmat Plinius gallinaceum in agro arimi
nensi M. Lepido P. Catullo consulibus semel locutum:
Capos & gallinas saginare liguritores ipsi inuenere:
quo unctius: ac lautius deuorarent: hinc altiles dictæ
ꝙ sagina altæ & enutritæ sint. Auiaria ubi cicures at/
q; omnia genera auium segregata farcirentur. M.
Lesius Strabo primus instituit: hisq; farctores: qui
rem curarent addidit: descripsitq; quid cuiq; aui ad
farcturam apponendum ess&. Deberetur huic merito
statua in comicio: hanc Aruiragus: hanc P. Gallus:
hanc & Germanicus noster proprio aere faciundam
curent: quum hi tanq̃ adoptiui iure hæreditario po
pinariam officinam frequentent. Hyeme tamen me
lius q̃ æstate saginatio fiet: probabiliorq; erit far/
ctura. Gallinæ etiam eo tempore anni meliores:
quia tum minus fœtu exhauriuntur. Pulli: qui
nondum aut coiere: aut ouum peperere æstate dum
tritura: dumque adhuc de uite omphacium pen/
d&: esui meliores habentur: masculi tamen ma/
gis q̃ fœmellæ. Verum vt tandem paucis absol/
vam: omnium avium laudes quantum ad obsonia

pertinet una caro gallinacea compressa est: quid enim popinis afferunt reliquæ altiles: quod non unus capus in se habeat: siue elixum: siue assum velis? Huius auis patina stomachum iuuat: pectus lenit: uocem sonoram facit: corpus obesat.

DE COLVMBIS.

Columbi pudicitia omnes aues antistant. Plures enim in eodem columbario mixtim degunt: neq; tamen quis alterius connubia violat. Amorem mutuum querulo gutture: ictuq; rostri ostendunt. In venerem crebro ruunt: frequenti pedum orbe facta adulatione. Idem faciunt & palumbes: verum quia semiferi sunt rarius fœtant. Viuere palumbes ad trigesimum annum Aristoteles auctor est. Columbi autem & turtures vix octauũ attingũt annũ. Ex his pipiones minus peniti calidæ sũt & humidæ plus q̃ satis ẽ naturæ: & ob hãc rem tardæ cõcoctionis habent̃. Multum alimenti: ac plus sanguinis generant: unde ĩflammationes: & febres oriuntur. Qui tentare iam volatum ĩcipiunt: salubriores nimiũ habentur: maxime vero si cocti ex agresta fuerit: ne biliosis ob caliditatẽ obsint. Hic cibus pituita laborantibus non incongruit. Ab esu ueterum omnino abstineas: durioris enim alimenti sunt: & improbandi.

DE FICEDVLIS: & PASSERE.

Ficedularum carduelium r̃liquaruq; auium minutarum caro: si pingues sint modo non nidificẽt: boni alimenti est. Absit a patinis nostris passer: qui esui sumptus ob nimiam caliditatem male alit: difficulter concoquitur: & libidinem excitat. Hæc auis vt minimæ vitæ est: ita salacissimæ. Mares negantur ãno diutius durare. Fœminis longior aliquantulum vita

Nollē carduellos deuorari: plus enim uoce q̃ patina hominem delectant. Imperata enim faciunt: & pedibus: atq; ore pro manibus utuntur: vt is quē in cubiculo Francisci Gonziaci Cardinalis cibum ac potum duobus vasculis æquilibribus funiculo ad se trahentem cū uoluptate pariter & admiratione cernimus. Huius uice alabdam comedamus, quæ & cārne & iure non inutilis homini est.

DE COTVRNICE.

Oturnix parua auis est: & quū ad nos venit terrestris potius habetur q̃ sublimis. Aduolant hæ auiculæ non sine periculo nauigantium: quippe velis sæpe magno agmine incidunt: noctu præsertim nauigiaq; mergunt: austro non volant vento: scilic& humido & grauiore. Aura tamen uehi uolunt propter pondus corporū: viresq; paruas: hinc illa volantium conqnæstio labore expressa. Aquilone ergo maxime volāt ortygometbra duce. Græci eīm coturnicē ὀρτύγα vocāt. Primam eaꝝ terræ appropiquātē accipiter rapit. Vltro citroq; ituræ comitatū solicitant. Coturnicibus veneni semen gratissimus cibus. Hanc ob causā quibusdā temporibus, eam hesternæ damnauerͣ mensæ: nr̄æ nō item: quibus autumo Qualea sic enim uulgares appellant: in præcio est. Vere quum redit insipida & mali alimenti habetur. In littore Antiaci captas edi cum Marso meo nihil insipidius.

DE PERDICIBVS.

Erdicibus in nidificatione mira solertia inest: stipitibus enim se quasi vallo contra feras muniunt. Maritos sæpe fallunt transmutatis ouis: quoniam intemperantia libidinis eaꝝ oua frangunt. Dimicant inter se mares ob amorem; ut coturnices & gallinacei

solent. Tantæ salacitatis hanc auem esse quidam autumant : vt concipere etiam solo odore maris : aut eius voce audita possint. Perdicum vita ad xvi. annos durare existimatur. Inter aues huius caro bene ac facile concoquitur: pa℞ recremēti: nutrimenti multum in se hab&. Cerebri vim aug&: geniturā facit: ac d̄mortuā venerē excitat. Phasiani caro medium qd̄dam inter pdicem & capum optin&: lic& Auerois eum quantum ad obsonia pertin& cæteris auibus anteferat. Nec immerito quidem si uim fabulæ attendimus. Itym siquidem Terei thracum regis filium in phasianum conuersū fabulæ narrant. Quare quid decentius regū ac lauto℞ mensis apponatur q̄ phasianus non satis video : vt eo tandem redeat: vnde digressus ē. Hoc tragico scelere caret Pomponii mensa: qui cæpas atq; alium ascaloniumue pro ity conuiuis apponit.

QuAE DIFFENRENTIA INTER ANIMALIUM PARTES SIT.

Nimaliū capita maxime uero quadrupedum: & si crassi sunt alimenti multum tamen nutriunt. Ad febres bilosas hominem impellunt. Genituram uirilem mirifice augent. Volatilium cerebra q̄ quadrupedum salubriora sūt. Ve℞ quū cerebri uis frigida sit & humida ex frequenti eius usu pituitæ generantur humores: stomacho fastidium affert: & si post cibum assumitur vomitum . In principio cœnæ non item : maxime autem si mentha: aceto: atq; aromatibus fuerit cōditum. Si concoquitur natura calidis confert : semen virile auget: ac aluū lenit . Aiūt cerebella leporis & cuniculi cōtra venenū plurimū posse. Oculi animaliū si tenerrimi sūt: & pinguis bestiæ: quū sit & humidi moderati alimēti habēt. Hic bolus optalmia a liguritoribus

uocatur. Līgua humiditatem in se habet fere tēpatā inter durum & molle. Verū si cum glandulosa carne: quæ ei annoxia est quæq; glutinū quoddam in se & humiditatem hab& coquitur: & cum aromatibus condit̃ suauis esui est: nec insalubris habetur. Cor frigidum ē & siccum: & ob eam rem melancholiam auget: tarde cōcoquitur: nō tamen parū alit. De mortuo corde loquor: uiuens enim caloris receptaculum est. Pulmo uiuens calidæ & siccæ qualitatis est: mortuus frigidæ & humidæ ob eius raram texturam & leuitaté modici alimenti habetur. Hepar quod & iecor lic& appellar̃: grossos generat humores: difficile concoquitur: appetentiā tollit. Lactentium iocinora minus tamen insalubria putantur. Gallinacea & anserina siue anatina his addūtur. Caprarū hyrcorū iocinora fugito: ne in epilensiam incurras: quam nostri comicialem morbum appellant. Contra vero hepar lupi non modo non noc&: uerum etiam hydropesim curat. Valet item hepar rabiosi canis tritum: & ex aqua potum contra morsum alterius rabiæ sæuientis. Vbera quia fibrosa & carthilaginosa sunt frigidæ vis & siccæ habentur. Hinc est q̄ crassum præstent alimentum: & quanto lacte abūdantiora sunt: tanto maioris sunt alimenti. Splen siue lien acorem quendam in se habet: q̄ antea receptaculum melancholiæ fuerat: hinc est q̄ stomachum: & appetentiam iuuat. Cito tamen satiat. Eius frequens usus bilem nigram facit. Porcinus splē cæteris minus insalubris habetur. Alæ auium in cibū sumptæ saluberrimi sunt alimenti: præcipue autem gallinarum. Sunt qui & anserinas his addant. Frequenti enim motu si quid mali succi inest purgatur. Similitet quoque anserina & gallinacea colla

6 117

cæterarum volatilium meliora putantur: si saguine inter cutaneo caruerint. Grauis saporis renes urinæ receptaculū: & quasi colla quædam humidorum recrementorum sūt. Difficillime item concoquuntur: ac in malū uertunt humoré. Lactétis tamen hedi renes qa nihil adhuc terrestre habēt: non improbantur. Pessimi sunt alimēti: ac bilé atram faciunt: recrementorum omniū receptacula lic& obesent. Minus tamen improbanda sūt auium: præcipue aūt gallinæ uentricula: & intestina. Iuniorum animaliū testiculi q̄ uetulorum qui tarde concoquuntur probabiliores habentur. Gallinacei tamé nū q̄ improbantur. Non displicuit mihi Palleli hospitis nostri patina: qui pedes vitulinos bene lotos: & coctos cum iusculo aromatibus inspar sos: in cœnam more Romano attulit. Inditum quoq; aliquid ex aceto putarim adeo appetentiam excitabant. Apponi hæc patina prima mensa consueuit. Boni & facilis extat alimēti: pectori confert: tussim lenit: meatus urinæ exulceratos sanat: dyssentericis prodest. A medicis tamen anteriores magis q̄ posteriores animalium partes probantur.

DE OBSONIIS LIBER SEXTVS.

CTVM PROFecto nil hactenus uideretur explicata earum rerum natura: & ui: quibus humana consuetudo uescitur: nisi deinceps obsoniorum conficiendorum ratio: qua & coqui: & popinarii utuntur ordine præberentur. Non enim omnium eduliorum eadem est coctura: eadem conditura: eodemue tempote. Elixa debet esse bubula: & uaccina caro; elixum uituli pectus.

Dorsum tamen seu spinam malis appellare assaturam requirit. Coxas eiusdem ĩ pulpamẽtũ rediges. Totum ueruecẽ nõ ĩiuria elixabis: sic& ex spatula & coxis bona fiat assatura. Suillã carnẽ quoquo modo coxeris ĩ salubrem inuenies. Eius tamẽ spina ubi recẽs est assa ad gulã facit. Sũt qui cæpas in eius feruẽti adipe coquãt: deuorentq;. hedi utrũlibet cocti suaues: & salubres sũt: coxæ tamen assæ meliores habentur. Eadem & de agnis coctura. Caprinã carnẽ si uoles mẽse ianuario cũ aliato comedes. Ceru͂i uero anteriorem partẽ in iusculo laridario coques: lũbos assabis: ex coxis pastillos: aut pulpamenta facies. Eadẽ & capreoli: damæ: ac capreæ coctura. Aprum ĩ piperato: aut ĩ laridario cõdies. Leporẽ assũ recte cõuiuis appones: posterior tamen pars melior habetur. Anteriorẽ nõ iniuria in piperato uel laridario coques. Eadem est & ꝺ cuniculo coctura. Sũt q ursinã carnẽ ex pastillo comedãt.

QUOMODO Coquendæ Aues Cicures & Syluaticæ.

Ves amphiuias: hoc est terra & aqua uictũ quærẽtes: ut anserem: cygnum: anatẽ: gruem: ciconiam: ac cætera eiusdem fere naturæ elixabis. Pauonem uero phasianum: coturnicem: perdicem: turdos: merulas ficedulas: gallinas syluaticas assabis. Hæ quoq; aues elixæ cum pipere: & saluia non insuaues uidebuntur. Capos præpingues assos: medios inter maciẽ & pinguitudinem elixos comedes. Idem fiet de gallina & pullastra.

ELIXVM.

Arnem in frustra concisam ꝑ horam in aqua frigida sines: bene deinde lotam cum aqua calida: atq; iteꝝ recenti in cacabo lato: ne anguste bulliat ad focũ pones: salemq; indes anteq̃ efferueat. Vbi ebullire occipiet bene despumabis. Si uideris sabulum aut terrã

commixtam sali aquæ calidæ cochlearem accipies: hu/
icq; salem infundes. In fundo sabulum & quicquid
terrestre erit residebit: sal in summo cum aqua nata/
bit. Hanc colatam cacabo infundes. At si caro annosa
fuerit: eam crebro cochleari eximes: recentiq; aqua hu/
mectabis: idem facies si gallinæ uel capi anniculi fue
rint. Alba hoc modo cum iure caro remanebit.

A S S V M.

Ssum ex qua uis carne hoc modo facies: si annicu/
la erit: vbi modicum ebullierit ex cacabo exemptã
illaridabis: voluiq; ad ignem iubebis quoad bene co/
quatur. At si tenella fuerit: ut uitulina & hedina sine
elixatura eo modo quo superiorem decoques. Capos:
phasianos: hedulos: perdices: & quicquid syluaticum
assaturam requirit: bene deplumatos exenteratosq; in
feruenti aqua lauabis lotos ac pro appetentia odorife
ris herbis pipere & larido bene conciso refertos ad fo
cum lento primum igne coqui iubebis: at vbi paulu/
lum a coctura abesse uideris: salem cum trito pane cir
cũquaq; asperges: excitato maiore q̃ antea igne: inuo
lutoq; volubiliore mauu ueru. Vnde statim exemptam
carnem: exhalareq; pmissam: ad conuiuas defers.

PIPERATVM EX SYLVATICIS.

Iperatum cum qua uis carne syluatica hoc modo
facies. In catinum tantum ex vino nigro auste/
ro indito q̃tũ ex aqua: optimeq; in eo carnes lauito:
loturã deinde colato: additoq; tantum salis: quãtũ res
exigit. Eandem aquã cum carne i lebete ad ignem po/
nito. Coctam carnem eximito: in patinasq; diuidito: bu
cellas panis i craticula torreto: tostas in aceto remole
scere sinito. Vbi acetũ satis imbiberit una cum libra
passulaꝝ eas optime conterito. Huic opportune san/

guis ipsius bestiæ adderetur: vel iocuscula si fieri pos/
sit contrita. Hæc deinde cum ipso iure misceto: addi
toq; paꝝ sapæ aut defruti cũ aceto illo cũ quo panem
maceraueras. Postea uero p cribrum setaceũ hæc om/
nia simul facito transeãt. Indita in cacabum: aspsaq;
pipere cariophilo cynnamo: vt uoles facito æqualiter
bulliant p dimidium horæ in carbonibus agitando
sæpius cũ tudecula vel cochleari. Carnem postremo
cum larido frictã: diuisamq; in patinas hoc piperato
condito: cõuiuisq; apponito. Multũm & commode a
lit: stomachum fouet: corpus obesat: bilosis tamen no
cet: calculum facit p'us minusue secũdũ reꝝ ipsaꝝ cõ/
positioné. IVS LARIDARIVM.

Vs laridarium cũ qua uis carne syluatica hoc mo/
do facies. Carnem in catino vbi tantum ex uino al/
bo: quãtũ ex aqua bene lauabis: loturamq; (vt par est
) colabis cum hac lotura: cũq; larido ac saluia minuta
tim concisa carnem in lebete coques. vbi prope cocta
fuerit aromata suffundes. Vt vero crassius aliquãtulũ
iusculũ fiat: oui vitella duo & quidem prædura cũ q'
busdam bucellis panis sicci nec oĩo tosti simul cõteres
cõtrita cũ iure miscebis ĩfundesq; ĩ cacabũ. Melius ta
mé fieret hoc aut ex sanguine: aut ex coctis: aut cõtri
tis iocusculis eiusdé aĩalis. Coctã carné in patinas tuo
more diuides: cõuiuisq; aut minutatim: aut ĩ frustra
cõcisã cũ ipso iuꝛ appones. Multi & hoc alimenti est:
stomachũ tamé crebro vescétibus facit. Hepar & renes
concalefacit: bilosis nocet: solis pituita laborãtibus con
uenit. CIBARIVM EX Syluaticis.

Ibariũ: qđ vulgo corrupto uocabulo ciueꝝ appellãt
sic facito. Carnẽ syluaticã cũ aqua & aceto pari mẽ
sura coquito: coctã ex iure eximito: sinitoq; in pinace

uel ut latine dicam orbe tam diu resideat donec hu/
mor exierit : eam deinde in optimo larido frigito.
At si duas patinas cōdire uolueris passulaꝝ libram :se
libramq; amygdalaꝝ cum sua pelle conterito:hisq; bu
cellas panis nō nimium tostas:& atro uino remolitas
ac tunsas addito:permiscetoq; omnia cum iure in quo
caro cocta est. Facito postea hæc oīa p cribrum farina/
ceum incacabum trāieāt:ebulliantq; simul in carboni/
bus longe a flamma p dimidiū horæ curato . Si aro/
matum cupidus aut secus eris ex gingiberi aut cyn/
namo plus minusue addito. Cæpullam postremo in ol/
lula cū larido tessellatim conciso bene coctā ac tunsam
in cacabum dimittito finitoq; paululum efferueat:ac
deinceps in patinā cū iusculo diuidito . Nutrit & hoc
tarde cōcoqtur:fastidiū mou&:caput lædit & oculos:
hepati noc&:uētrem ciet bilosis obest:& pectori.

PASTILLVS EX SYLVATICIS.

X ceruo vel capreolo pastillum sic facies:In frustra
haut magna carnem concides. Vna bullitione cū a/
qua & aceto saleq; remolitam ex cacabo eximes : sines
q; in quadra donec uis exinaniet. Piper deinde & cynna
mum cōtritum simul cum larido tunso in modum pla
centae subiges·carnemq; additis quibusdā p longum
laridi tessellis hoc quasi foliato inuolues:indesq; cir/
cūquaq; cariophili grana:farinā deinde bene excretā
subiges ex subacta crustam grossiorē unicuiq; frusto
circunuolues:in furnoq; lento igne optime coques.
Apponi hæc statim conuiuis:vel seruari in mēsem:aut
saltem dies.xv.possūt. Paꝝ oio alūt:tarde cōcoqr̄:sto/
machū laxāt:spleneticis & hepaticis nocēt:pectus exa/
sperant.

PASTILLVS Ex CICVRIBVS.

Icures appello omnia quæ domi aluntur: ut uitu/
lũ capum gallinã & similia. Ex his pastillum sic fa
cies. Carnis macræ quantum uoles sumito: minutatĩ
q; gladiolis concidito. Vitulinum adipem cũ aromati/
bus huic carni bene misceto: inuoluta crustulis in fur
no coquito. Cocta vbi prope fuerint duo uitella ab al/
bore ouoꝝ excreta cum modico acrestæ: cũq; iure per
pingui bene tudecula agitata in pastillũ infundes. Sũt
qui modicũ croci ad speciem addãt. Fieri & hic pastil/
lus in patella bene uncta ẽt sine crusta potest capũ pul
lastram: & q̃cquid voles integrũ & in frustra concisum
ĩ pastillo pro uoluptate optime coques. In hoc & mul
tum alimenti inest: tarde concoquitur. Pauca recreamẽ
ta in se hab& cor hepar & renes iuuat: obesat: ac uen
trem ciet.

CRVSTA EX CICVRIBVS.

I crustã voles ex pipionibus & quauis aue: primum
facito ebulliant: vbi ad cocturam fere uentum erit
ex lebete eximito: exempta in frustaq; cõcisa in sarta/
gine cum abundanti larido frigito. Inde in patellam:
uel testũ bene unctam: crustaq; in stratũ deuoluito.
Huic pulmẽto nõ iniuria pruna & cerasa uel austera
addes. Acrestã deinde & oua octo: si plures conuiuas
habebis: uel pauciora: si paucos cum modico iure tude
cula agitato: huic petroselinon: amaracum mentham
gladio minutatim: q̃d fieri potest cõcisã admisceto: ad
ignẽ q; ponito lõge tamẽ a flãma. Lẽte. n. ebulliat ne/
cesse est. Cochleari interim tã diu misceri deb& donec
cochlearẽ ob grassitudinem integat. Fũdito postremo
hoc iusculum in crustã ad igneq; ac si artocreas ess&
ponito: coctã cõuiuis apponito. Multũ al&: tarde cõ/
coqtur: pauca recremẽta relinquet: bilẽ reprimet: cor/
pus exasperabit.

FRICTVM ex qua vis carne.

Rictum ex altilibus & qua uis carne hoc modo facies. Carnē uel aues bene exenteratas & lotas aut minutatim aut quadrifariam concisas in ollam cum larido ad ignem pones: crebroq; cochleari ne lateri seriæ adhæreāt cōuolues: ubi prope cocturā fuerit: maiorem ptē laridi eximes uitellaq; duo cū acresta agitata cūq; iure & aromatibus mixta ī ollā fundes. Ebulliat tantum necesse ē ut recte coquat̃. Huic patinæ crocū addūt qdā vt coloratior fiat. Nō erit ēt a voluptate alienum petroselinon minutatim cōcisū patinæ inspgeř: cōuiuisq; statim apponeř. Al& multū: & si tarde cōcoquitur bilē reprim&: cor hepar & renes iuuabit.

PASTILLVS IN OLLA.

Astillū ī olla sic facito. Carnē vitulinā cū adipe minutati cōcisā ī ollā ponito: pipiones & pullos si uoles addicito. Ollā ipsā ad carbones lōge a flāma ne cōcitate efer ueat ponito. Vbi ebullire occeperit despumato: passulas deinde imponito. Cæpā postremo minutatim cōcisā cū larido frigito. Frictā ī ollā indito. vbi oīa ppe cocta existimaueris acrestā & aromata suffūdito. Sūt q & duo vitella ouo℞ bene agitata cū acresta ī fundāt. Multū al& tarde cōcoquet̃: nauseā faci&: stomacho nocebit: hepar & renes concalefaci&: spma augebit: caput & oculos lædet.

MIRAVSE CATELLONICVM

Ochleæ tā terrestres q̄ aquatiles exerētes se domici lio: binaq; ueluti cornua protēdētes retrahētesq; ō culis carēt: ideo corniculis prætētar̄ iter putāt̄. Hæ uul go limaces uocāt̄: quas Fuluius Lupinus in tarqnēsi agro pauloante Pōpei ciuile bellū viuariis ad saginā q̄ ex sapa & farre & lacte dat̄ inclusit. varia sūt eoꝝ ge/ nera. Albæ in reatino agro nascunt̄. Illiricis præcipua magnitudo. Aphricāis ubertas. Coq multifariā cochleæ possūt. Lactæ ī vas vbi modicū aq̄ īsit p noctē: aut diē reponēdæ coperculo addito ne ꝓdeāt. Purgabūt̄ vehemē ter. Sūt q eas lacte p noctē pascāt & purgēt. Illatas de inde in cacabum cū r̄cēti aqua ad focū tā diu detineāt: quoad sēicoctæ ac bene spūatæ fuerit. Ex cochleis ve/ ro erutæ: ac primū ex aqua calida bene lotæ subinde ex aceto & sale cōfricatæ: rursūq; lotæ ac farrina inuolu/ tæ ī feruēti oleo: aut liq̄ine sī frigēdæ: frictas aut mē tha syluestri alio pipere croco tūsis & acresta dissolutis: aut salsa viridi suffūdes. Elixæ: ut mihi qdē uidet̄: aut aliatū: aut moretū reqrūt. Cochleæ si sine multo alio aut moreto fuerint: boni alimenti sī. Pectori & pulmo ni opitulāt̄. Herpar eius fibras laxādo iuuāt: ethicis ꝓsūt. DE TESTVDINE.

Ndicū mare testudines tātas emittit: ut singulaꝝ su

perficie affirmante Plinio habitabiles casas integant. Aiũt item inter insulas rubri maris homines his cym/bis nauigare. Testudinum putamine secare in laminas lectosq; postes ac repositoriũ his uestire C. Iulius Po/lio primus instituit: & ut Maro ait Radiant testudine postes. Capiuntur autem quum diutius desiderio re/spirãdi in superficie consistũt: ita sole intostæ: ut im mergere se supuenientibus uenatoribus non possint. Sũt & terrestres in syluis habitãtes: quæ ut creditur herbis & rore uitã ducũt. Has canibus inuẽtas rustici ad cibum transferũt. In cacabum feruẽtẽ aqua conijci/unt. Semicoctæ & exempte cõfracta testudinæ ablatis q; intestinis ac pelle iterũ: donec exacte coquantur in cacabum ad ignẽ ponũtur. Coctas pipere croco uitellis ouorũ dissolutis suffundes. Sũt q ex aliato uel ex salsa comedant. Boni sunt alimẽti: & sine moreto medelæ uim habent.

DE RANIS

Anæ inter pisces nequaq̃ numerãdæ recte hoc loco ad culinam ueniẽt. Rubetas & sub terra uiuẽtes: ut noxias reijcio. Aquatiles hæ sunt de qbus loquor. Bo/lo captæ meliores esui putãtur q̃ quæ fuscina. A serpẽ tum enim morsu attrectatæ: ac læsæ bolum attingerẽ non putantur. Captarũ coxulas denudatas pelle per no ctem: aut diem in recenti aqua natare sinimus. Inuo/lutas deinde farrina in oleo frigimus. Frictas & in pa tinam translatas Palellus meus salsa uiridi suffundit: ac fœniculi floribus aromatibusq; inspgit.

LIBER DECIMVS.

DE COQVENDIS PISCIBVS:

ICERE DE Natura & ui piscium omnium institueram: nisi me transmutata & confusa ipsorum nomina perturbassent. Animantiũ

ſiquidem nulla ſpecies eſt: quæ in diuiduorum suorũ magis q̃ piſcea nomen: & deſcriptiõem amiſerit. Fecit hoc æuum: & eorum: qui ante nos fuere negligentia at q; inſcitia. Dicam tamen q̃ accurate fieri poterit d̃ his: qui ad menſas ueniunt: quorum præſertim nomina in tegra adhuc extant. De omnibus dicere quum plura uulgo credita ſint: quæ in aqua: q̃ quæ in terra naſcun tur non eſſet conſilium. Piſcium quibus humana con ſuetudo ueſcitur: natura fere frigida & humida eſt ad similitudinem helementi: unde naſcuntur. Marini ta/ men minus ob salſedinem aquæ putãtur. Salıti unde uis sumpti inſalubres habentur. Male enim alant: & sitim ingentem excitant. Recentes mediæ ætatis diu e nim uiuere piſces putãtur. & non nimium pingues: nec limum aut cœnum ſapientes: nec cito putreſcen/ tes: nec duritiem: aut uliginem præſeferentes: maxi/ mis & minimis ante poſuerim ſemper. Meliores itẽ putantur marini ſecundum quoſdam q̃ fluuiales: rur/ ſum fluuiales q̃ qui in lacubus naſcuntur: & hi' q̃ qui in paludibus. Probabiliores præterea duxerim ſaxatiles q̃ harenoſos: harenoſos q̃ cœnoſos: & paluſtres. Non ĩ probãtur item & qui ex mari flumina innatant: & qui ex fluminibus in maria deſcendunt: si id eorum natu ra patitur. Piſces tamen omnes qualescuq; ſint duræ ob eorum frigiditatem & uiſcoſitatem cõcoctionis ha bentur. Sanguinem præterea frigidum ac phlegmati/ cum generant, unde uariæ & graues oriuntur ægritudi nes: neruos molliunt: & ad paralyxim præparant: ſi/ tim excitant. Humectare tamen uentrem putantur: & genituram augere. Piſcium omnium non eadem eſt cõ ditura & coctura: quos elixos & frictos uoles fere om nes exſquammato exenterato branchias euellito: ac be/

ne lauito. Contra uero quos assos optabis integros ad focum pones: excepta salpa lacia: quorum intestinum per branchias extrahitur.

DE THYNNO.

E thynno: cuius præcipua magnitudo é dicer͂ primo institui. Pependisse enim thynnum captum cuius latitudo duo cubita & palmum uoluebat quindecim talenta cõstat. Nascuntur & in amnibus ut in nilo rheno & pado. Thynni mares sub uentre pinnam non habent. Biennium eoꝝ longissima uita. Plenilunijs pĩguescunt. Verno tempore capiũtur in sinu byzantio: hyberno in ponto latent. Capti ac membratim diuisi ceruice & abdomine commendantur. Sale etiam reseruati pulmentorum uicem ieiuniis subeũt. Salitum eius abdomen: & solidum nec molle: quod tarantellum uulgo appellant: aqua & aceto interiectis furfuribus quo melius salsedinem relinquat: bene lotum: & repurgatum in aqua non multum coques: exemptum: & aceto bene maceratum: ubi voles edito. Sunt qui aromata dulcia inspargant. Ex eodem thynno fit salsamẽtum: quod thynninam appellant. In aqua tepida horas sex hæc innatet oportet: si purgatam uoles. Elixam paꝝ admodum: ex aceto comedes. Hæc ut omnia alia salsamenta pessimi sunt alimenti. Recentem tynnũ pipere cinnamo coriandro tritis: cæpa cocta & concisa aceto melle oleo condies.

DE MVLO.

Vlum piscem apud Romanos in precio fuisse ubiq; fere legitur. In mari rubro librarum octogiuta quidam inuenti ferunt. Nam Celerem Asinium mulum emisse septem milibus. Capti ac vulnerati ferula: qua aliter percoqui non possunt ad elixum & assum

tendunt. Elixos eo modo quo & thynnũ: assos pipere: ruta nucleis tunsis: & aceto aut acresta perfũdes.

DE ANGVILLIS.

Octoginta annis uiuere anguillæ putantur. Durant item sine aquis senis diebus aquilone spirante: austro paucioribus. Tolerare hyemem in parua aqua: aut in turbida viuere nõ possunt. Captam anguillam & excoritam: ac exẽteratam in frusta satis magna cõcides: ac ueru ad focũ bene coques. Positis inter frusta lauri: aut saluiæ foliis humectãdo semper cocturam muria: quam isti salimolam vocant. Vbi prope cocturam fuerit: farrina aut pane trito addito cinnamo & sale inspargendo circũquaq; incrustato. Elixam si uoles cũ petroselino. saluia: ac quibusdam lauri foliis per coques: & acresta ac pipere suffundes. Salitam præterea in frusta concides maceratam in aqua horis quatuor aut quinq; in cacabum ad focum pones: semicoctam ĩ aquam recentem transferes sinesq; efferuere donec oĩo coquatur. Coctam petroselino conciso & aceto suffundito.

DE MVRENA.

Murena oua parit quocunq; mense citissime crescũt: quũ nil qui pisces statuto tempore id agant. In sicco littore elapsas coitu serpentũ impleri uulgus putat. Aristoteles marem qui generat zinirum vocat. Discrimẽ hoc inter marem & fœminam esse: ꝙ murena varia & infirma sit. zinirus unicolor & robustus. Dentes extra os habere dicuntur. Inuenit in hoc animali documẽta sæuitiæ verius Pollio eques Romanus ex amicis diui Augusti uiuariis earum immergens damnata mancipia tanq̃ ad hoc feris terrarum non sufficientibus. Ferunt aceti gustu eas in rabiẽ agi. Murenas apud antiquos in precio fuisse crediderim: & ꝙ Licinio hoc pi-

sce effusissime delectato cognomētū dedit: & q̄ C. cæsar dictator cum triūphales cœnas populo daturus esset: sex milia murenaꝝ emisse dr: aut ut Plinio placet mutuo accepisse: & q̄ Lucius Crassus prædiues ille murenā in piscina domus suæ mortuā atratus tanq̄ filiam luxit. Hoc idem de Hortensio scribit Plinius. Ex pharo siciliæ optimæ putāt̄: quas illi plotas: latini flutas vocant: q̄ in summo semper natātes sole torrefactæ curuare se posse & in aquam mergere desinunt: atque ita facilius capiuntur. Varro sic dictas putat: q̄ in sūma aqua præpinguedine sui fluitentur. Coquitur murena exossata more maioꝝ: ut anguilla sublato corio capite & cauda: assam moreto uiridi suffundes.

DE ECHINO:

ARuus admodum piscis assuetis petris echinus ἀπὸ τοῦ ἔχειν τὰς ναῦς: quod carnis adhærente naues tardius ire creduntur. Cum Plinio sentir̄ Lucanus uidetur. Non proprium retines euro tēdēte rudentes: In mediis echinus aquis: cuius prima syllaba ab eodē Lucano producitur: quū contra a Iuuenale corripiat̄: & re uera sit breuis natura. Obseruare item Græci: ut echinos castanearum folliculos appellarent: quos Martialis hoc disticho imitatus est. Iste lic& digitos testudine pungat acuta: Cortice deposito mollis echinus erit. Echinos ubi coxeris pipere & croco asperges.

DE SEPIA:

Epia inter pisces sanguine carentes numeratur.

Carentium aūt sanguine tria sūt genera. Imprimis quæ mollia appellantur. Deinde contecta crustis tenuibus. Postremo testis conclusa duris. Mollia sunt loligo sæpia polypus: & cætera generis eius. His caput iter pedes & uentrem collocatū est. Pedes octoni omni

bus sæpiæ & loligini: ex his duo pedes longissimi & asperi quibus ad ora cibos admouēt: & in fluctibus se veluti anchoris stabiliunt: cū cæteris uenantur. Sæpiarum generi mares uarii & nigriores constātiæq; maioris. Fœminis tridente percussis exiliantur. Contra vero fœmina icto mare fugit. Ambæ autem ut sensere se adprehēdi effuso atramento infuscata aqua latebras quærunt. Sæpias elixas ab aeno in patinam missas cū pipere lasere condies ut uoles. Sunt qui ex pipere cīnamo coriandro uiridi mētha uel arida: oui vitello aceto uel acresta: olei modico: vbi bullierint obligent.

DE LOLIGINE.

Vnt & loligigines & loligunculæ: quæ magnitudine potius q̄ qualitate differunt. Hæ extra aquam se offerentes uolitare putant̄. Coctæ & in patinam trāslatæ pipere: ruta: melle: olei guttis conduuntur.

DE POLYPO.

Olypus dictus est q̄ multos habeat pedes: branchiis vt pedibus & manibus utitur. Cauda quæ est bisulcata & acuta in coitu: lætantur admodum odore. Vescuntur conchilioꝝ carne. Omnia in domum comportant. Deinde putamine rosa carne egerit. Annatantesq; ad ea pisciculos uenantur. Polypum coctum pipere & lasere condies.

DE CONCHIS.

X genere conchilioꝝ conchæ habentur quæ quidem uisu omniq; sensu alio q̄ cibi & periculi carent. His aptis insidiantur polypi. Imposito enim lapillo intra conchas ne claudi possint securi carnes extrahunt. Negant in aqua ullū esse animal adconficiendum hominē atrocius: coctas pipere: petroselino mētha sicca: cynnamo obligas.

DE LOCVSTIS.

Ocustæ crusta fragili muniuntur. Latent mensibus quinis. Eodem tempore & cancri occultantur. Ambo more anguium ueris initio senectutem exuunt renouatione tergo℞: cætera in undis natāt. Locustæ repantium modo fluitant. Vnum hoc animal nisi uiuū feruēti aqua incoquatur bonā carnem non habet. Viuunt petrosis in locis. Aliter sic coques locustas. Aperiuntur locustæ ut assolet cū tēsta: & infunditur eis piperatum ac si in craticula assantur.

DE CANCRIS.

Ancri hyeme aprica loca sectantur: æstate in opaca purgatum recedunt. Omnia eius generis hyeme læduntur: autumno & uere pinguescunt: maxime pleniluniis. Cancrorum plura sunt genera: sed omnibus fere longa est uita. Pedes octoni omnes in obliquo flexi. Fœminæ primus pes duplex: mari simplex. Præterea bina brachia dēticulatis forcipibus. Superior pars in primoribus his mouentur in inferiore immobili: dexterum brachium omnibus maius. Vniuersi aliquando congregantur: q; ex eorum diuerso ac trito itinere appar&[illegible]. Sunt & cancri: qui phyncteræ appellantur omnium minimi: & ob hanc rem iniuriæ oportuni. Huic solertia est inanium ostrearum testis se condere: & quum accreuerint migrare in capatiores cancri pauore. Retrorsum cedere cancri omnes pari uelocitate putantur. Dimicant inter se ut arietes aduersis cornibus incursantes. Contra serpentum ictus medētur. Aiūt sole cancri signum transeūte ipsorum corpora exinanita præsertim ac sicca existētia in scorpiones transfigurari. Ex hoc genere & echini putantur. Oua emitt[illegible] amara sūt: & quina simul iūcta.

Ora eorum in medio corpore in terram uersa tradun tur. Sauitiã maris præsagiunt. Hinc est q̃ correptis operiuntur lapillis: mobilitatemq; põdere stabiliunt. Quod ubi uidere nautæ statim pluribus anchoris na/uigia firmant. Sũt qui & cochleæ tam aquatiles q̃ ter/restres in hoc genere collocent. Vngues habent in te/nebris etiam uelut igne lucentes. Coqui hi omnes ex aqua & aceto: & abundanti sale debent. Ita efferueant oportet: vt bis ter ue spumam exundanti aeno emit/tant. Cocti & in patinas translati ex aceto comeduntur. Farciri & cambari euacuata testa: tunsa ipsorum ex cauda & chelis carne: tunsis amygdalis: vua passa: vitel lo oui: trito caseo si tempora patientur: petroselmo a maraco minutim concisis: & farcti frigi in oleo lento igne debent. Cammarum ego illum putarim: qui par/uus admodum & tener tam ex lacubus q̃ ex marinis li toribus capitur. Coqui & hi eo modo quo superiores d̃ bent. Cancri certe difficillime cõcoquuntur: cocti asma ticis & pthysicis prodesse putantur. Testæ eorũ in ci/nerem redactæ: & cum melle ac gentianæ potæ morsui rabiosi canis mederi putantur.

DE CONCHIS.

N conchis magna est & figuræ: & coloris ua/rietas: utpote planis: concauis: lunatis: longis in orbem: curuatis: dimidio orbe cæsis: in dor/sum elatis: lenibus: rugatis: dẽticulatis: crinitis crispis Ex his pectines reconditi: & ipsi magnis frigoribus: ac magnis æstibus saliunt: extra uolitant seq; : & ipi ca rinant. Magna uẽit Romanis luxuria ex cõcharũ gene re. Origo autem & genitura conchæ: unde margaritæ nascuntur ostrearum conchis haud multum differt. Hanc autẽ repleri rosido conceptu tradunt: vbi geni/

talis anni hora eam pansam quadam oscitatione emi-
sit. Melioresq; margaritas ex qualitate roris puri uel
secus gingi. In aqua mollis uino exemptus protinus
durescit. Concha ipsa quum manum hominis vidit cõ
primit se atq; operit: gnara se propter opes suas peti:
manumq; si præuenit acie sua abscindit. Captæ cõchæ
ac sale obrutæ in uasis fictilibus erosa carne omni nu
cleos quosdam corpoꝝ: hoc est vniones in fundo reli-
quunt candore magnitudine inter se distantes: & quia
nullibi duo reperiuntur indiscreti: his merito unionũ
nomen Romanæ imposuere delitiæ. Clarior i rubro ma
ri reperitur. Duo fuere maximi uniones usque ad Cleo
patre tempora: Quæ Antonium ad luxum prouocans
insummere se posse una cœna sestercium centies affir
mauit. Hæc vbi mirari uidit Antonium arridẽs uesa-
na mulier phyalam poposcit: cui aceti acris nonnihil in
fundit: atq; illuc unionem dẽptum ex aure altera festi
nabunda dimisit: eumq; mature dissolutum (vt eius la
pidis natura est) M. Antonio bibendum apposuit. Hic
unio cẽties sestertiũ sine contentione valebat: cuius ãt
magnitudinis fuerit inde colligi poterat: ꝙ qui super
fuit postea uicta regina: & capta ægypto: Romam de-
latus desectusq; est: & facta ex vna margarita duæ: at
q; impositus simulachro Veneris ut monstruosæ ma
gnitudinis in templo quod Panthẽon dicitur. Conchæ
igitur si non hac ratione satis humanis delitiis satis
faciũt i carbonibus (ut ostrea solemus) coquãť.

:DE PVRPVRA ET MVRICE.

Vrpura & murex cõchiliis ãnumerãť. latẽt circa cãis
ortũ tricẽis dieb. Cõgrgãť verno tẽpoȓ. Purpura flo
rẽ illũ tigẽdi vestib. oli expetitũ i mediis hȓ faucib. ni
grãtis rosæ colorẽ ȓferẽs: ȓliquo tẽpoȓ feȓ sterilis viuas

qui eas quærunt capere cōtēdūt: quia cum uita succū illum amittunt. Conchæ omnes celerrime crescunt: præcipue autem purpuræ: Anno eīm magnitudinem īplent. Murice tamē purpura colore præstantiorē crediderim. Ab his & ostrū dicebat̄ color ille celeberrimus: q̄ ex ostreis purpura ac murex erueret̄. Et sarranū nomen ab Sar urbe Phœniciæ: quæ postea Tyrus appellata est sumpsisse cōstant ut apud Virgilium.
Et gemma bibat & sarrano dormiat ostro.
Coquuntur & hæ eo modo quo cætera conchilia.

DE OSTREIS.

E siliceis tandem conchilibus cum ostreis concludamus: quæ quia demortuam etiam uenerem excitāt apud lautos & libidinosos in præcio sunt. Sergius ille: qui ab orata pisce capto: & auecto cognomētum accepit primus omnium nō tantum gulæ quantum auaritiæ gratia ostreis uiuaria adinuenit: Lucii Crassi oratoris ætate ante Marsicum bellum: quo quidem prīcipio adeo uectigalia: & priuati prouentus ex piscinis creuere: vacātibus etiam huic rei magnis viris utpote Lucio Pphylippo & Hortensio: quos piscinarios Cicero appellare solitus est: ut Catonem Vticensem L. Luculli hæredem de piscinis quadraginta quadringentis millibus uendidisse scribant historici. Idem igitur orata qui primus balneas pensiles habuit. Primus etiā ostrearia in Baiano collocauit: quia limosa regio quæ soleam creat: & passerem: conchiliis quoque muricibus & ostreis idonea est. Primus etiam optimum saporem ostreis lucrinis adiudicauit. Hæc cocta in carbonibus: atque ex testis exempta frigi in oleo & aromatibus: atque acresta suffundi possunt.

DE ORATA.

On est credendũ oratam ad nos aliunde cum impẽsa aduecta sine causa: quæ in sapore & uoluptate collaudata est. Omnium tamen aurata lucrinam concham depasta nobilior habetur: teste Martiale hoc disticho.

Nõ omnes laudes præciumq; aurata meretur:
Sed cui solus erit concha lucrina cibus.

Si pinguis est orata elixam: si macesit assam facito: ac moreto uiridi suffundito.

DE ACCIPENSERE.

Ccipenser: quem secũdo bello punico Romã aduectum cõstat: rari capitis piscis est: magniq; precii. Squammam ducit aduersam: quum cæteri secundam habeant. Hunc piscem coronati ministri cum tibicine ad palatinas mensas ferebat: quasi ambrosias dapes.

DE SCAVRO.

Caurus ex asia in nostrum mare ab Octauio præfecto classis aduectus est: quem piscem inter Hostiã & Campaniæ littus ea lege sparsit: ut quinquennio donec multiplicaret intactus relinqueretur. Melior tamẽ intestinis q̃ carne est: auctoritate Martialis.

DE LVPO.

Alia alibi meliora nasci sententia Varronis: ac Plinii deprehendimus: qui uerbis his lupo inter pisces palmam ascribũt. Ad uictum optima refert ager campanus frumẽta. Falernus uinum. Cassinas oleũ. Tusculanus ficum. Mel Tarentinus. Piscem lupum maxĩe qui ĩter duos põtes captus est Tyberis. Vt rombũ sinus Rauennas: murenam Siculus littus. Assatur autem in craticula Lupus: si is est quem uulgo laciam uocant: auulsis brachiis extractoque per eandẽ uiam intestino:

assum salsa uiridi suffundes. Quod si elixum uoles leu cophago inuolues. Vtroq; modo suauissime editur. Ad hunc Pomponius tyberis accola Marcio Aprili & Maio me sæpius inuitabat: satis etiam tuto pereditur quum non incongrue alat. Phylippus Romanus nr̃a ætate physicus ægregius: & disciplinæ ueterũ diligentissimus rimator asserit stirionẽ: si saporem inspicimus esse quẽ ueteres illi captum inter duos pontes tã topere laudabant. Nec laciæ eã laudem ascribendam putat. Vter nostrũ melius diiudic& leguritoꝝ sit iudicium.

DE SILVRO:

Ilurus masculus omniũ edita costodit oua: & sæpe quinquagenis diebus ne absumãtur ab aliis. At marinus mus in terra scrobe effosso parit oua & rursus obruit terra trigesimo die refossa aperit: fœtũq; i aquã ducit. Hos pisces esui hominum nequaq̃ cõmẽdandos censui.

DE ROMBO:

Ombum in adriatico captum: maxime uero in sinu Rauennate suauissimum esui crediderim: quod apud maiores non nisi principum mensis apponebat. Magnitudinis eius Iuuenalis auctor est uno carmine Incidit adriaci spatium admirabile rõbi. Et Matialis: Quãuis lata gerat patella rombum: Rombus latior ẽ tamen patella. Rombum in calato unctum aut pinaci annexum i cacabo coques. Facillime enim si hoc modo coquatur disrumpitur. Eferueat item lento igne necesse est. Coctum cum leucophago & aromatibus: & tuto & suauiter edes.

DE STIRIONE:

Radi per tenebras nũc mihi videor q̃do hoꝝ ď qbus deiceps dicturus sũ pisciũ: nullus certus vel nois vel naturæ existat auctor. Negligẽtiæ maioꝝ & inscitiæ id

153

magis q̄ mihi ascribendum est. Vtar ego nouis nomi/
nibus ne delicatoꝝ gulæ ꝑ me dicāt stetisse: quominus
integra uterentur uoluptate. Stirion piscis est prægrā
dis: flumina non nisi lata ingreditur. Captum non
statim: sed post paulum in aqua dimidiata uino albo
uel aceto coques. Salem indere memento. Tantum
cocturæ: quantum uitulina caro requirit. Comedi
Stirion ex leucophago vbi multū gingiberis insit uel
ex aliato vel ex sinapido deb&. Ex stirione fit salitura
quā uulgo schinale vocāt: q̄si spinale ꝙ ex dorso & spi
na fiat. Bonū scito quū ī tessellas cōcisū integrū & ru
beū erit. Dū in craticula coq̄t: aceto & oleo crebro in/
spgito: ne desiccet. vbi calorē penetrasse credideris ab i
gne eximito: ac suffusū r̄liquo aceti & olei cōuiuis ap
ponito. Hæc sunt potatoꝝ calcharia.

CONDITVM: QuOD CAVIARE VOCANT:

Va stirionis exēptis qbusdā neruis q hæc inter ērāt
lota ex aceto aut vino albo ī tabulā extēdes: vt exsic
cēt. Salita deinde in vase aliquo: aut inuoluta: sale ma
nu nō tudecula ne frāgāt in saccū raræ texturæ: ut in
de humor exeat cōiicies. Postrēo uero in seriā ī fūdo p
forată: vt siqd humoris inest inde exeat ad vsū repo/
nes bene premēdo: & opculādo. Coq duobus modis ca
uiare potest. Nā & in bucellas uel frusta panis paꝝ to
stas extēsum ad ignē cū fuscina: aut gladii cuspide tā
diu retinēdū ē: donec crustā fecerit coloratiorē: atqꝫ sta/
tim calidū edēdū. Et aut lotum aqua tepida: ne plus
q̄ satis est salitū uideatur: oleribus bene cōcisis excaua
to pani ac trito admiscebis: addēdo paꝝ cæpæ minuta
tim concisæ: ac frictæ: minimum piperis. Hanc d̄inde
impensam in frictatatæ modū coques: & græcos hu/
huiuscemodi cibi auidissimos pasces.

LVMBRINA.

Vmbrina piscis est non contemnẽdus, coruo assi/
milis. Ceqt̃ ãt & cõditur eo modo quo stirio: mi/
nus cocturæ qa tenerior est r̃quirit.

DENTALE:

Entale nostra ætate dictum ꝗ dentes fere exertos
habeat. Quibus & piscatores interdũ lædere cõsue
uit. Sẽsere Antiatis cicatrices in digito acceptas a den/
tali uulneris inspexi. Oratæ similis est: ut stirio coqt̃.

VARROLVS:

Arrolum paruum utpote quatuor aut quinq; libra
rum: nec exquammatum nec exenteratum : aut in
craticula: aut in oleo coquito. Si in craticula asperger̃
continuo salito oleo & aceto memento. Multam co/
cturam amat: propter eius exuberantẽ humiditatem.

CORVVS:

Oruus sub niger est ad corui similitudinem: unde
nomen accepisse puto habet: pinnas in tergum ob/
longas gestat. Lapidem item in capite gerit. Affirmat
Palladius dolorem lateꝝ sedari: si sub annulo gestatus
carnem attigerit. Optimis piscibus annumeratur. Co
qui siue magnus siue paruus: ut varrolum dixi potest.
Frictum moreto: & cui modicum alii insit: aut sinapi
do suffundito.

SOLEA.

Olea piscis lautus nec admodum longus. veꝝ sub/
tilis & soleæ similitudinem habet: unde nomẽ acce
pisse puto. Frictum petroselino minutim conciso: & a/
cresta: aut succo malarancii suffundes. Numeratur &
hic inter bonos pisces.

PALMITAS.

Almitas ego paruas lumbrinas crediderim. Neque
enim nisi quantitate tantum differunt. nam & ob/
lõgæ hæ sũt: & subnigræ: & caudam habent subtilem

20 1546

acutam & bifurcatam. Sunt itē ſine ſquāmis. Coquit̄ & conditur ut ſtirio. Si parua admodum fuerit friga tūr: petroſelino ac ſucco malarācii inſpargatur.

FRAVOLINVS.

Vrgit in dorſum frauolinus: inclinatq; caput: foris ruber eſt: intus albigat: ac ſaporem optimum edē tibus præſtat. Coqui quo uis modo poteſt: maior & e lixus leucophagum: minor & aſſus ſalſam requirit ui ridem.

TRILLIA.

Rillia curti capitis piſcis eſt & groſſi: caudā item i acutum ducit. Integra nec exenterata aſſāda eſt: ac muria aſpergenda. Ad dies octo aut decem durabunt. Si patina altera ſuper alteram poſita ſalimola conſp ſa fuerit.

SALPA:

Alpa piſcis nec magnus nec boni ſaporis eſt. Sylue ſtre enim neſcio quid ſapit. Coloratior item in me dio: & ex tranſuerſo extat. Hic piſcis quia uentrico ſus admodum eſt bene exenteratus: ſed parua quan tum fieri poteſt inciſura: aſſaturam requirit: & more tum.

SCORPHION.

Corphion niger eſt: denſas in tergo ſpinas habet: quibus nonnūq̄ piſcatores lædit. Magnum elixum: paruum aſſum facies.

CEPHALVS.

Ptimi ſaporis eſt cephalus ſeptembri menſe: piſcis ſubalbus: & ſatis magnus: in dorſo planus: cuius caput & curtum & groſſum eſt. Magnum in cacabo coques: paruū in craticula: ſalimola continuo inſpar gendo ne deſiccetur. Magnum cum leucophago: par uū muria ipſa comedes.

PASSER.

Aſſer a paſſere auicula: cui fere aſſimilis ē: capite. n. tātū differt: nomen accepit: elixo petroſelinon: aſſo malarancii ſuccum indes.

CAMMARI marini.

Ammaros marinos paruos admodum: & quorum testa tenella est: elixos & fœniculo & aceto suffundito.

CAPPAE.

Appæ ex genere conchiliorum sunt: coqui in patella sine aqua debent: Conchas ubi uideris præ calore aperiri acrestam cum modico piperis triti: & petroselini concisi indes: admiscebisq; ac statim in patinas transferes. In aqua bene salita per noctem aut diem retinendæ prius sunt: ut amaritudinem innatam relinquant.

MERLVCIVS.

Erlucius sine squammis est: accepit fortasse hoc nomen a merula. Lucio tamen persimilem aiūt. Coctū cum sinapido albo comedes.

LVCIVS fluuialis.

Vcium fluuialem exenteratum elixabis: Cocto squāmam cum pelle auferes: ac ex leucophago: aut aliato: aut sinapido comedes. Paruum lucium si uoles assato: hic piscis inter alios minus insalubris habetur. Sūt qui & eundem lycium appellent.

TRVTAE:

Rutas quasi trusiles a trudendo nostra uernacula dictas puto: semper enim in aduersum & impetuosum flumen truta nititur. Aduenientes undas superare contendēs. Concisa truta in frusta ac salita in cacabo ita ut sursum uorsum icisura uertatur: ex aqua & aceto ita moderate imposito: ut neq; sal diluatur: neq; plusq̄ duobus digitis aqua emineat coqui deb&. Vbi despumaueris deinceps lento quoad fieri poterit igne efferueat. Coctam & in pinaca extensam: ut nōnihil exsiccetur aromatibus dulcibus insparges: ac cum leucophago bene gingiberato comedes. Paruam trutam exenteratam: & bene squammatam integrum hinc dexra hinc sinistra a capite ad caudam incides: incisæris salem indes: ac per horas duas inter duas

tabulas opprimes:farrina deinde inuolutam in oleo p
lente friges:coctam hoc modo ad quatuor & quinq;
dies ſeruabis.Quouis modo edatur grauis. concoctio
nis eſt.

THINCA.

VAm nunc thincam dicunt olim menam appella/
tã crediderim.Si groſſa erit & lixam uoles:ex acre/
ſta:aromatibus:petroſelino minutim conciſo condi/
tam comedes.

Liter ſi groſſa erit eam bene exquãmatam:ac per
mediam ſpinam inciſam:ita inuertes ut quod fo/
ris erat intus demum fiat infractis etiam coſtis ac cõ
ciſis intraneis inditoq; rurſum cum ouis ſex:petroſe/
lini conciſi:piperis tunſi:alii diſfracti:croci modico.
Sunt qui damaſcenas:aut ceraſia acria : aut paſſulas
cum pineis mondis:cum ouo diſfracto indant.Coquẽ
da lento igne in craticula eſt:coctam ſalimola ex ace/
to oleo croco ſapa ſuffundes.

Aliter ſi parua erit eo modo ſcindes:quo ſuperiorẽ
& conſparſum farrina oleo friges:frictam aut acre
ſta:aut ſucco malarãcii ſuffundes . Hoc etiam quouis
modo cocto nihil peius.

PISCIS PERSICINVS:

Erſicum piſcem præcipuum Verbanus lacus & pa/
dus fluuius producunt:quẽ ideo hanc denominati
onem accepiſſe putant:ꝙ perſici ſaporem habeat.Par/
uus eſt uario colore diſtinctus.Suauis hic piſcis habe
tur:& minus inſalubris.Maiorem exenteratum nec
exquammatum ex aqua aceto ſuffuſa coques.Coctum
ac mondum : vt in lucio diximus conuiuis appones.
Paruum exenteratum:& exquamatum in oleo : aut in
craticula cum ſalimola coques.

LAMPREDA.

Ampreda anguillæ multum assimilis: breuior tamẽ est: & foramina utrinq; sub aure habet. In Cisalpi/na paruæ: in Hetruria mediocres: Romæ ex tyberi per magnæ capiuntur. Sed bene a natura actum est: quan/doquidem illic delicatissimum: ac satis magnum pro/duxerit piscem: vbi uallatæ gulæ inter se auctis rerũ preciis certant. Emi frequenter lampredas quinq; sex septem aureis: & olim a quodam laticlauio uiginti: quum alter secum auctionaretur scimus. Nec passa est ingenua gula tantam audaciam gratuitam esse. Dispẽ satori enim ꝙ sui ipsius arrogantiam & fastum: nolo dicere stultitiam imitatus esset: centum aureos dono dedit: ne secundo ad singulare certamen prouocatus timidus ac infractus animo succumber&. Nõ hoc vo/luit christus: qui uirtutum non flagiorum & gulæ cer tamina ad imitationem nobis proposuit. Sed ad coqui nam redire tutius est: q̃ uulnera recrudescentia actre/ctare. Offam cerbero obiciamus ne in nos caninam rabiem exerceat: uel lampredam conditam meliorem offa. Lampredam erutis dentibus ac lingua: & extra/cto per obscenas partes solo quod eo tendit intraneo: cum aqua calida bene lauabis nullibi comminuta pelle. Colligendus est item sanguis: quo cõdimentum fieri sol&. In os eius nucẽ muscatam: in foramĩa: quæ circa aures hẽt chariophili integra grana indes. Inuolutã deĩ de ĩ spirã ĩ tygano ad focũ cũ semiũcia optimi olei par uo acrestæ: uini albi & optimi: salis q̃tũ sat erit lẽto i/gne proques. Vbi feruere occeperit sanguinem e capi te in tyganũ ipsum exprimito. Idem ẽt fieri anteq̃ fer ueat potest. Eius moretum hoc modo facito. Amygda las aut auellanas cum sua pelle tostas ac tersas ne ci/nis insit: bucellam item panis ustulatam cum passulis

contundito: tunsa cum acresta defruto aut parte in coctura dissoluito: ac per setaceũ in catinũ transmittito indendo semper paꝝ gingiberis chariophiloꝝ: cinnãi & id sanguinis quod diximus colligendum. Hanc impensam in tyganum infundens donec lamprada cocta uidebitur: una eferueat finito.

Liter assam si uoles dum coquitur sanguiné & adipem colliges. Hoc item in eo quo prædiximus modo edulium condies. Sunt qui minimas: quas lampredocias uocant in craticula lento igne percoquant. Suffundendo continuo ex oleo acresta sale aromatibus simul mixtis.

BARBVLI.

Arbuli fluuiales sunt: inter bonos pisces quouis modo cocti non connumerantur. Eoꝝ oua mense præsertim maio pernitiosa habentur.

TEMOVLVS.

Emulus piscis est optimus: & is maxie q ex abdua capitur: quo uis modo percommode coquitur. Fricturam tamen magis requirit.

CONGRVM.

Ongrum: quem Antiates brunchum appellant: in frusta concisum eo modo coquito quo anguillam: locato inter frusta saluiæ: aut lauri folia.

LEO MARINVS.

Eonem marinum ideo cancrum a uulgaribus dictũ puto ꝙ leonis & colorem & similitudinem quandã hab&. Eius os: & id foramen: quod sub cauda hab&: lana occluditur: & ĩ furno admodum calido sine aqua liquamine ue ullo lente coquitur. Sunt qui eum carbonibus circumuallent crebroq; uoluant ne comburant. Coqui itẽ ex aqua & aceto potest: ut cancros fluuiales solemus. Plus tamen cocturæ requirit: qa grossior: &

durior est. Coqui & eo modo lagustæ possunt: quæ ex genere cancroꝝ: sed leone maiores habentur.

SCARDAE.

Cardæ quo uis modo coquantur insipidæ sunt: & plus molestiæ ob minutissimas spinas inter edendũ q̃ uoluptatis afferunt. CARPANI.

Arpani grossi & herbas ubi flumina ob increscentia ex alueis exeunt depasti non insuaues cum leuco/phago: aut aliato habentur. Parui friguntur. Hos Mã/thuani bulbaros lingua uernacula uocant.

SALMONI.

Almonos quouis modo coxeris optimos inuenies.

LASCHAE.

Ascaꝝ magnam uim Transimenus producit. Fri/ctæ & in carbonibus: aut in craticula assæ salsam: aut acrestam requirunt. LACTEOLINI.

Vos uulgus lacterinos ego lacteolinos appellauerĩ a lacte & albido colore: quo etiam translucentem spinam integro & uiuo lic& cernere adeo diaphani sunt. Mari & lacubus capiuntur. Fricti moreto viridi: aut acresta suffundi debent. ROVILIONES.

Ouilliones tilliæ persimiles in lacu albão: & tyberi præcipue nascuntur: Parui sunt & insuaues. Coquũtur: & sibi accondiuntur: ut lacteolini.

ACICVLA.

Ciculas a diminutiõe acus: eos pisces appellauerim quas vulgus acucellas uocat. Acus enim similitudi/nem habent: & quouis modo coctæ optimæ habent̃.

TVRDVS MARINVS.

Vrdum marinum ideo sic dictũ: q̃ turdi similitudiné habeat: quouis modo coques: assus sinapidon requirit. AGONI:

N lacu albano optimi nascuntur Agoni: pisces nõ admodum magni: & fere sardellis assimiles. Elixi petroselinon: butyrum & aromata requirunt. Fricti malarancii succum aut acrestam.

SARDELLAE.

Ardellæ ex benaco admodum laudantur. Frictæ ex acresta aut malarancio suffunduntur.

POLYPOS.

Olypum a multitudine pedum: ut diximus sic appellatum: quoquomodo coxeris malum dices.

CANCRI.

Ancri: quos uulgo mutatis & inuersis litteris grancos uocant: tam fluuiales & e lacuna q̃ maritimi cocti: aceto suffundi debent.

CARPIONES.

Iror a Plinio quum de benaco celeberrimo ueronensis patriæ lacu mentionem persæpe fecerit nil de carpione: quo lacus ille præcipue extollitur ab eo scriptum relictum esse. Coquuntur carpiones quo uis modo. Verum ut diu durent captos statim ac in salimola biduo retentos in optimo oleo diu friges: ut bene coquantur. Seruari hoc modo per mensem: & si minus salubres & insuaues sint & eo amplius: si recocti fuerint. Seruabũtur & alii pisces nõ tamen adeo si hoc modo fuerint fricti. Cauendum est ne a spina: quam in capite gestat lædaris: pernitiosa enim ac si ueneno tincta ess& habetur.

CALAMARII.

Vos isti calamarios uocant melius & magis proprie atramentarios appellassent: quum & caput ad formam uasculi atramentarii habeant: & atramenta ut sæpe fundant. Magni in frusta cõcisi ac elixi & petroselino minutim conciso: & aromatibus: parui fricti

ex succo malarancii comeduntur.

PISCES IN GELV.

Elu ex aqua uino & aceto fit: & quo diutius seruet multa aromata indi oportebit. Ex iure menæ: aut lucii præpinguis exéterati tantum: nec exquámati optimum fi & gelu. Sed is piscis lento igne: & in tanta aqua ut uix tegatur bene coquendus est. Cocti & exépti pellem rursum in cacabum pones: ac ebulliat aliq̃diu sines. Reliqua deinde quæ in gelu carnium facienda diximus obseruabis. Congelari ac constringi: & reliqui pisces elixi præsertim tam maritimi q̃ fluuiales hac conditura poterunt.

OVA TARYCHA.

Va cephali sale trito consparges: reseruata membranula illa in qua oua ipsa tanq̃ in folliculis nascũtur. Post diem a salitura inter duas tabulas per diem & noctem opprimes: inde ad fumum suspendes procul flamma: ne uehementem calorem sentiat. Sicca in uasa lignea cum furfuribus repones. Edi hoc modo nõ insuauiter poterunt. Verum si cocta uolueris sub cinere. aut in foculari calido & terso sæpe uoluta concalefacies: ac peredes. Cum Sophiano meo hoc nil suauius edisse me memini. Delata e græcia illa putarim: unde optima salitura aduehi solet.

QVID SIT EDENDVM TERTIA MENSA.

Ictum iam satis quid in prima & secunda mensa sit edendum: dicendum deinceps erit & breuiter

quidem quid in tertia tanq̄ in conclusione ad sigillū stomachi sit assumendum. Esse carnes si contigerit: tum assas: tum elixas pro tempore anni aūt poma aut pira acida præsertim quæ exhalationes cibi antecepti a capite propulsentt comedes. Sunt qui mirum in modum: inter quos est nicander raphanum radici/bus ascriptum probent: qꝫ post cibum sumptus cō coctionem adiuuet ad ima stomachi penetrando: pi/tuitam extenuet: uapores ad caput elatos depri/mat: renes & uesicam purg&. Salutaris & contra fungorum uenena: uiperæ: ac scorpionum morsus habetur. Tanta est eius acrimonia maxime uero syluestris: quem ego armoratium dici crediderim ut abraso cortice dorso scorpionis impositum sta/tim necet. In prima mensa sumptum non adeo ꝓ bant medici: qꝫ ob eius acrem & calidam uim non patiatur cibum in stomacho quiescere: ructus ge/neret: & concoctionem inducto uomitu impediat. Sigillare stomachum casei præduri modicum puta/tur: & prohibere: quo minus exhalationes caput & cerebrum petant. Fastidium item exunctuosa cœna aut dulci exortum per commode tollit. Comedunt anesum & coriandrum sacchаro inuolutum delica/tiores mensæ ad oris & capitis medelam: fœnicu lum uulgares. Castaneam cuius uis frigida est & sicca omnes: de qua uarie disceptatum est. Hanc alii nucibus: ut Virgilus Castaneæque nuces: alii iuglandibus: ut Sardi: qui eas balanos uocant annu/meranda censuere. Echinis pugnentibus tanquam quodā quasi uallo cortice & mēbranula ut res ꝑciosa inuoluit̄. In præcio quodā erat Tarētina quæ & balani tis uocabatur. Laudabat̄ & neapolitana quędā ut nūc

Mediolanensis. Castaneæ omnes bene dentibus tritæ a bonoque stomacho sumptæ non incommode alere: obesare: appetentiam facere putantur. Meliores item habentur inter prunas & cineres coctæ q̃ quæ elixe: aut in patella perforata ad flammam tostæ sunt. Nimia enim eius turgiditas & styptica uis decoquitur. Sumptæ item cum saccharo aut melle pituita extenuare putantur. Esus præterea cotoneorum malogranati acidi præsertim: & omnium quæ astringunt: ut siliquarum & pistachiorum non improbatur. Post pisces edẽdæ aut amygdalæ: aut auellanæ: aut nuces sũt: q; piscium frigidam uim & humidam sua siccitate reprimere putantur.

DE VINO:

Oena & prandium sine potu non solum insuauis: uerum etiam insalubris habetur: quum haustus sitienti q̃ cibus esuriẽti sit gratior: & iucũdior. Hamectare cibum necesse est: & ad refrigerationem pulmonis: & quo melius subigatur: & cõcoquat̃ quod desũpsimus. Vinũ qđ Androchides ad Alexandrum scribens eius intemperãtiã cohibiturus sãguinẽ terræ appellauit: haustũ calefaciẽdi & humectãdi: foris ĩfusũ r̃frigerãdi: & desiccãdi uĩ habet. Est.n. eius vis calida & humecta: unde Homerus αἰθοπα οἶνον appellauit: q; semia caloris habeat. Hinc est quod corporibus fessis nil celerius subuenit: si modeste sumatur: nil itẽ pniti osius si modus absit. Tremuli enim graues: palidi: fecu lẽti: obliuiosi: lippi: steriles: & ad genituram tardi: cani: calui: senes & ãte tẽpus ob æbrietatẽ fiunt homines. Quar̃ modus adsit ex hoĩnũ ætatibus: & ãni tẽporib. necesse ẽ. Vt.n. hyeme plus esse Celsi sẽtẽtia & minus sed meracius biber̃ cõuẽit: ita æstate potiõe q̃ dilutissia

& quæ sitim tollat nec corpus incendat:& ut vere cibū demēdo potioni dilutiori aliqd addimus:ita autumno cibo paulo pleniore utendo minus sed meratius bibimus. Dāda ē præterea senibus meratior potio:pueris dilutior:iuuenibus & mediæ ætatis mediocris. Sumenda est item potio ex qualitate regionum corporumve. Frigida loca incolentes meratius : calida dilutius. tēperata quod medium quoddam retinent bibant. Sanguine abundantes dilutibile:acūta bile uexati tenue: Atra meracum. Pituita austerum bibant. Vinorum tria esse genera Plinius asserit : austerum : dulce : tenue. Austerum pectus astringit:& exasperat. Dulce lenit:sed inutilius:quum in acutā bilem facillīe trāsēat. Tenue omnino utile : quum membris omnibus opituletur. Alba uina si tenuia:aut non nimium meraca sunt facilius q̄ nigra concoquuntur. Hæc enim pectus & fibras astringunt:illa laxant & leniunt. Sub alba uero tutius assumuntur. Conficiendorum uinorum ratio : quæ diuersa ex regionibus colligitur a rusticis peritis regionum petatur. Nobis sit satis breuiter connumerare quæ uina in precio sunt. Legentes tamen prius adhortor ne me ob hanc rem vini appetentissimum putent:quo nemo me instituto & natura dilutius bibat. Vina suorum temporum laudauere veteres : vt Albana prædulcia : Surrentura tenuia salubriaq; Tiberius Cæsar:Signino inesse miram austeritatem ad continendam aluum asserebant medici. Laudem magnam attribuit Mamertinis uinis Diuus Iulius publicis epulis. Falernū laudauere oēs maxīe uero Maro continētissimus omniū. Laudabimus & nos sine cōtrouersia:& reprehensiōe uina ligustica & ea maxīe:quæ ī littore Genuensi nascūt. Lenia enim sunt &

iucundissimi saporis nec quicq̃ obstat quin ea nectar appellem. Habet & corsica firmissima uina: & quæ caput facillime tentẽt. Nõ improbatur & græcum: maxime uero quod ĩ oppidũ Geminianũ in Hetruria nascitur. Accessit & maxia laus Seueriniano ex lucrinis mõtibus: qđ æstatis præcipua refrigeratio est: Romæ potissimũ: vbi & calore & ciboꝝ uarietate: ac copia tanq̃ fornaces uoracissi exæstuãt stomachi. Nobilitate & elegãtia sua me retrahit Trebianum: quo Hetruria maxime excellit. Non negauerim in Piceno in Cisalpina inq; reliquis Italiæ partibus alia & digna esse fama: sed horũ tantum mentionem fecisse sat est ne ætati nostræ: quæ meliora uina q̃ homines producit nõ satisfactum dici possit.

DE SEDANDIS PERTVRBATIONIBVS.

Il prope ad uoluptatem & ualitudinẽ tot præceptis erit actũ nisi rationem sedãdaꝝ perturbationũ quas Græci ται πάθη uocant breuiter ostenderimus. Hæ autem ita mentem e propria sede plerunq; dimouent: ut perturbato animo sit necesse corpus quoque aliquo & plerunque graui incõmodo angi. Perturbationum omnium fontes: unde riuuli prope infiniti noti omnibus esse debent. Duo enim opinata bona sunt: quorum alterum præsens: alterum paulo post affuturum speratur: uoluptas gestiens opinione alicuis magni boni: & præsentis: & cupiditas quam eandem uel libidinem licet appellare: quæ est immoderata appetitio opinati cuiusdam magni boni: ut ait Cicero. Duo item opinata mala: quæ pari ratione: qua superiora illa distinguntur: ut mœtus & ægritudo. Appetere.n.aliquid cum ratione est sapientis maxime proprium: quum id modeste fiat uoluntas

diectur: quem uero secus fecisse uiderimus libidine ꝓprie commotum dicemus. Superiori gaudium: quod cum ratione excitatur: sequenti lætitiam exultātē effrenata cupiditate ascribimus. At uero ut uoluptati maliuolentia lætans alieno malo. Delectatio per omnes sensus diffusa iactatio: tanq̄ generi partes subiiciunť: sic libidinem ira exscandescentia: odium: inimicitia: discordia: indigentia: desiderium sequentur. Aegritudo autem quæ est animorum aduersante ratione contractio his partibus distinguitur inuidentia: æmulatione: obtrectatione: misericordia: langore: luctu: mœrore: ærumna: dolore: lamentatione: solicitudine: modestia: afflictione: desperatione. Quibus ꝑturbationibus mors etiam nonnunq̄ oritur suffocato & oppresso corde sanguinis & spirituū ob mœtum agitata concursione. Mœtus præterea qui cum exanimatiōe humili atq; infracta futuroꝝ maloꝝ habetur ratione fugandus est: q̄ pigritiā: terrorē: timorē: pauorē exanimationē: cōturbationē: formidinē: mētibus hominum philosophorum mandatis obtemperātiū abstergit. His autem ægritudinibus animi: quas a similitudine ægrotātium corpoꝝ nomen sūpsisse uidemus: opportune medebimur: si tēperātia: fortitudine: modestia: prudentia: imoderatas appetitiones nr̄as quasi corruptū sāguinē: aut redundantē pituitā: aut acutā bilē: atrāue: unde morbi in corporibus oriunť diluemus. Nō obstabūt tū uoluptati hōestæ: aut optimæ ualitudini auaritia: ābitio: mulierositas: ꝑuicacia: liguritio: uiolētia: petulātia: fraudatio: scelus: furor turpitudo: temeritas: egestas: amētia: despatio reꝝ: quibus tanq̄ teterrimis furiis agitati nisi fortes & cōstantes erimus. Aequitatem: pudicitiā: bonam rationē: pudorē: fidem: pietatem: constantiam:

honestatem:sanam menté:& bonam spem amittentes ab integra uoluptate:quam & bonæ ualitudini coniũ/ctam dicimus:cum dedecore declinabimus.

PLATYNAE DE OBSONIIS LIB. FIN.



